or melior et nobilior reperitur· Secundo ſciendū eſt de accipi
enciū hoc donū neceſſitate· hoc eſt qꝫ neceſſariū ſit ut hoc do
nū miſericordie ꝯſequamur· quid· n· miſeris· qui vere miſi ſunt
tam neceſſariū quā miſericordia· ſine qua nemo ſaluabitur· cū
qua nemo dampnabitur· dicit· n· gre· Iuſticia noſtra ad exam
en dīne iuſticie deducta i iuſticia eſt et ſordet in diſtrictione
iudicis qd in oculis fulget bene operantis· de qua adhuc dicit
bern· Sicut nullius merita ſufficiūt ſi ſine mia iudicabitur· ſic
nullius peccata īpediunt ſi cū miſericordia ſuſcipitur· de hac
miſericordia duo breuiter ꝓſtringantur· ſcꝫ de eiꝰ deſcripcōe
et eius ad nos diſtribucōe· dſcribitur aūt ſic Miſericordia eſt
beneficiū miſero gratis īpenſum· d qua dicit bern· Iuſticia meri
tū querit miſericordia aūt ex miſeria noſtra excitata· miſero ſe
dat gratis· de qua adhuc alia datur deſcripcō Miſericordia eſt
exhibicō īdebiti beneficii· Sequitur videre de miſericordie di
ſtribucōe· de qua ſciendū ꝙ deus pater miſericordiaꝝ ſeptem
mias tamqꝫ ſeptē panes pauperibꝰ ſuis dedit· primā nobis ex
hibuit in carnis aſſumpcōe ad vitā nrāꝫ īſtruendā· Secūdā in
templi oblacōe ad hūanā naturam patri reconciliandā· tercio
in corporis ſui cibacione ad infirmitatē noſtram ꝯfortandam·

Quartā in crucis paſſione ad capti iū hoīeʒ rediendū · quintā in reſurrectōe ad celi ianuā apienoam · Sextā in aſcenſione ad manſionem noſtram ꝑpandā Septiā in ſpiritus ſancti miſſiōe ad plenam in nobis ſanctitatem ꝑficiendā · hee ſeptem miſeri= cordie ſunt ſeptem panibus de ſignate · quibus vt mat · xv · dꝛ dn̄s turbas pauit · Primo ergo exhibuit nobis deꝰ miſericordiā īcarnacōis Cū enim genꝰ hūanū ex preuaricacōe primoꝝ pen tum in tam ꝓfundā miſeriam cecidiſſet · vt nec ꝑ ſe nec a crea= tura alia potuerat releuari · deus mīa motus deſcendit ad in= feriores ꝑtes t̄rre aſſumens hoīeʒ in ſe et ꝑ dn̄s noſtrā miſīaʒ vt nos de ꝓfundo nrē miſerie liberaret · De hac miſeria dicit apl̄us thimo · iii · appuit benignitas et hūanitas vſqʒ · ſed ſm ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit Cui videlicʒ miſericordie ſi ad ꝯdignū occurrere cupimꝰ oportet vt et nos in ꝑfecta puritate renaſcamur Ad hoc enim deus natꝰ eſt nobis hō ī ꝑfectiſſima puritate vtpote natus a patre deo et virgine matre · a quibus nullam ꝯtraxit maculā volens vt ait apl̄us Vt et nos imitan= tes eū ī nouitate vite ambulemus Nec nobis ſua ꝓderit īcarna cio · niſi noſtra ī hac ꝑte adiungatur imitatō · Vnde dn̄s dixit nichodemo ioh · iii · oportet vos naſci denuo · qđ cū ille ꝑ non ue nienti accipet dicēs quō pt homo naſci cum ſit ſenex ſubiūgit dicens exponendo qđ dixit Niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpū ſancto nō pt introire in regnū dei qꝛ niſi ex aqua lacrimaꝝ et ſpū ſancto in cordibus noſtris ꝯtricōm efficiente ad plenaʒ puritatem renaſcamur nō ꝓderit nobis hec mīa īcarnacōis · et ꝑ dn̄s nō intrabitis in regnū dei Secūdo exhibuit nobis ſe= cundā miſericordiā in ſuiipſius in templo oblacōe offerens ſe ipm patri in noſtra natura ad reconciliandū · de qua miſericor dia dꝛ verbū ꝓpoſitū · ſuſcepimus deus miſericordiā tuā ī me= dio · Cuiꝰ effectu ſi conſequi cupimus oportʒ nos ꝑ fidē que per dilectōʒ opatur corpi eius miſtico qđ eſt eccleſia incorpari et ſic ei vniti et in corpati in eo patri offeramur et ſic recōciliemur · Tercio exhibuit nobis deus terciā mīaʒ · dans nobis corpꝰ ſu um et ſanguinem ad noſtrā īfirmitatē et inediam quā ex ciꝰ dē cibi carencia contraximꝰ ꝯroborandā cui ſi ex qualicūqʒ congruo occurrere cū ea deuocōe cupimus et affectu · quo deus hunc ci bū nobis ꝑparauit · accedere nos oportet · deus aūt hunc cibum nobis inſtituit in maxia caritate dicens luc · xxii · qn̄ hāc miſeri cordiā īſtituit deſi · de · h · pa · ma · vo · ſic et nos ad eundē cibū ſumendū magnā caritatē habeamꝰ et cū magno deſiderio ac= cedamꝰ vt fiat ī nobis qđ ecc · xxiiii · d · qui edūt me adhuc eſu · et qui bi · me adhuc ſi · d hac mīa dꝛ ī pſ · Miſericors et miſīator

dn̄ꝰ eſcam dedit timentibus ſe. De hac mīa etiā d̉r ecc. iii. Se-
cundum magnitudinē ip̄ius ſic et mīa que ab ip̄o eſt. quia hec
mīa que eſt corpus criſti datori deo ꝑ oīa adequatur. nł in eo
minus nobis exhibens q̃ ſe totū et hoc eſt qꝛ d̉r zach. iiii. Exe-
quabit grāꝫ grē eius. Quarto exhibuit nobis quartā mīaꝫ ī cru-
cis paſſione ad humanū genus redimendū de qua d̉r in pſ. qꝛ
aput dn̄m mīa et copioſa aput eū redempcō. Ac ſi dicat. quia
aput deū ī corde eius magna fuit miſericordia hec coegit eum
vt perpaſſionē crucis copioſam nobis redempcōeꝫ exhiberet.
de hac mīa dicit bern. Erat in corde dei mīa multa nimis quan-
doqꝫ cumulanda ſuper filios hoīm. ſed hec latebat et neſcie-
bat homo p̄ciū eius donec rupto vaſculo ī quinqꝫ ꝑtibus corp-
is effluebat. et ſubiūgit Hinc multe miſerie corpis Hinc multe
miſericordie cordis Vincent ne miſerie mīas Aut mīe miſerias
ſupabunt Vincēt plane mīe tue antique dn̄e. huiꝰ miſericordie
dn̄i magne ſi ꝑticipes eſſe cupimus oportet nos dominū pro
viribus ymitari i. pe. ii. xp̄us paſſus ē ꝓ nobis vobis relinquēs
exemplū vt ſequami veſtigia eius. hinc bern. ꝓderit nobis do-
mini paſſio ſi noſtra ſequatur ymitacō. vt ſequamur veſtigia eiꝰ
Alioquin exquiretur a nobis etiā ſangvis ille iuſtꝰ qui effuſus
eſt ſup terrā nec immunes erimus ab illo tam ſingulari ſcelere
iudeoꝝ qꝛ vilꝫ tante caritati īgrati fuerimus. qꝛ ſpūi grē ꝯtūe-
liā feceriꝰ. qꝛ filiū dei ꝯculcauerimus. Quīto exhibuit nobis d̉ꝰ
quintā mīaꝫ in ſua reſurrectōe. ad celi ianuā nobis apiendā qui
ex culpa primoꝝ ꝑentū hūano generi a mūdi īicio clauſa fuit
qd̉ in eoꝝdē ꝑentū d̉ paradiſi eiectōe et gladꝭ verſatilis ad cu-
ſtodiendam ianuam collocacōe euidenter oſtenditur ſicut ge-
neſis tercio dicitur. Eiecit deus adam de paradiſo et colloca-
uit ante paradiſum voluptatis cherubin et flammeū gladiū
atqꝫ verſatilē. ad cuſtodiendam viā ligni vite. quē iō voluit eſſe
verſatilē ad inſinuandū qꝛ aliquando eſſet per paſſionis mīam
ammouendꝰ. vt eo ammoto hoīes poſſent celeſtis paradiſi ia-
nuam introire. de hac mīa d̉r in pſ. Bonū eſt ꝯfiteri domino.
vſqꝫ ad annūciandū mane mīaꝫ tuā. hoc ē ad ānūciandū illaꝫ
mīaꝫ que facta eſt nobis mane. i. in die reſurrectōis. de qua ad
huc. i. pe. i. d̉r. Benedictus deus qui ſecundū magnam mīam
ſuam regnauit nos in ſpem vite eterne per reſurrectiōeꝫ ihu xp̄i
ex mortuis. Cui nos tunc dignos exhibebimꝰ ſi et nos cū xp̄o
a peccatis oībus et vicꝭs reſurgamꝰ vt mortui peccatis iuſticie
viuamus qd̉ eſt ſpūalis reſurrectio. de qua dicit ap̄lus collo. iii
Si ꝯreſurrexiſtis cum xp̄o que ſurſum ſunt querite que ſurſum
ſunt ſapite Sexto exhibuit nobis ſextam mīaꝫ in aſcenſione ad

manſionē nobis perpetuā ꝑpetrandā ipo ſaluatore dicente joh
xiiii· Vado pare vobis locū· d' hac mia d' ecc·xvi· mia vnicuiqȝ
faciat locū· de qua adhuc d' iſ·xvi· ꝑparabitur in mia ſoliū eius
ſcȝ hoīs Cui grē ſi nos dignos cupimus exhibere oportet vt p̄
ſentem vitam tamquā aduene pagamus dignū quippe ē vt qui
ciues ſanctoꝝ et domeſtici dei ſcripti ſunt in celis tamquā ad
venas et pegrinos ſe exhibeant ſup terrā quē admodū horta=
mur·i·pe·ii·vbi d'·obſecro vos tamquā aduenas et pegrinos
abſtinere vos a carnalib9 deſiderijs· Septimo exhibuit nobis
deus ſeptimā miaȝ in ſpūs ſancti miſſione ad noſtrā ſanctifica=
cionē et ad oīs priores mias felicit' ꝯſumēdas· de qua d' ecc·
ii· In oblectacōe veniet vobis mia Spūs eni ſancti miſſio non
modicū cor delectat· de hac mia adhuc d' luc·i·per viſcera mi
ſericordie dei noſtri vi·nos·ori·exal· Ad quā miaȝ ſi digne cu=
pimus ſuſcipi ſtudeamus ſemper pati et prepati īueniri vt cū
ſpūs ſanctus ſpirauerit· patos nos īueniat· oī hora expanſos ſi
nus habentes ad graciā ſuſcipiendaȝ cū ſpūi placuerit nos mi
ſericorditer viſitare· qd' etiā bern· monuit dicēs licet ſpm̄ ſctm̄
accipe nō ſit in arbitrio hoīs cōcātis ſȝ in grā donātis hominis
tn̄ eſt iugiter prepare cor voluntatē expediendo ab affectōni
bus alienis rōm et intellectū a ſollicitudinibus mēmoriā a ne=
gocioſis nō nūquā etiā a neceſſarijs occupacōibus vt in die bo
na dn̄i et in hora beneplaciti eius cū audierint vocē ſpirit9 ſpi=
rantis ꝯtinuo ꝯcurrant ſibi et coopentur in bonū De hiis ſeptē
miſericordiis· dicit bern· in pſ· ſcdm altitudinē celi a terra coro
borauit miſicordiā ſuā ſuper timentes ſe· de his adhuc di· ber
Electi dei ꝯſiderātes dei miſericordias ſenciūt ſup ſe tamquaȝ
cumulū miſericordiaꝝ quantū eſt ſpacium inter celū et terram·
Terciū pꝛincipale iuxta primā diuiſionē ē dicere de dantis lar
gitate deſignata ꝑ hoc qd' dicitur in medio templi tui· dicitur
ad hoc enim in medio templi oblatus d' ad inſinuandū q̄ nul
lum tranſeat nulli ſe deneget ſed quantum in eo eſt ſinū miſe=
ricordie omnibus apiat· ꝓpter qd' etiam quando de loco agitur
deus ſemper legitur in medio extitiſſe · Nam in carne natus in
medio duum animaliū eſt ī preſepio reclinatus · Ad templum
veniens in medio eſt oblat9 Cruci affixus In medio latronum ē
collocatus· reſurgens amortuis in medio diſcipuloꝝ apparuit
Ad quid hec omnia niſi vt nobis inſinuet q̄ ad miſericordiaȝ
largiendam omnibus pteāt omnib9 ſe ex hibeat · et hoc eſt q̄
pater dicit ad filiū ꝓuerb· diriuentur putei tui foras et inpla=
teis aquas tuas diuide· hinc eſt q̄ in can· dictus eſt flos cāpi
eo q̄ omnibus pteāt omnib9 ſe exhibeat ihus xpus dn̄s nr̄ ꝛc·

racia ſuper graciā mulier ſancta ecc· xxvi· dicit greg·
quid nos barbati dicimus· qui ad regna celeſtia ire ꝑ
ferrū puellas videmus qui ſi adipiſci regna celorū
per bella perſecucōm non poſſumus · hoc ipm̄ turpe
nobis ſit qꝫ deū nolumus ſaltem per pacē ſequi Ecce nulli no=
ſtrū mō dicitur· ꝓ me morere ſed tm̄ vite illicita deſideria occi
de· In verbis ergo ꝓpoſitis hec ſancta virgo et martir agatha
a triplici grā ꝯmendatur·ſcꝫ a virginitate paſſionis acerbitate
vite ſanctitate · Primum ibi grā·ſecundū ibi ſup grāꝫ· tercium
ibi mulier ſancta Ex hac triplici gracia meruit a dō triplici aure
ola coronari · Nam ꝓ virginitate vnā ꝓ paſſione ſcdꝫ pro vite
ſanctitate que verbo et exemplo deū docuit et ꝑdicauit terciā
aureolam eſt adepta et hec pauca d̾ hac virgine dicta ſufficiāt
Proſequentes ſermonē quibus exerciciys ipāꝫ virginē imitemur
vt in hac via et vita ei ſaltē tenuit ꝯformati ī regno celorū eiꝰ
conſortio ꝑfrui mereamur· verū quia pauci eā in prima gracia
ymitantur·pauciores in ſcdā·ſaltem in tercia ſcꝫ vite ſanctitate
ipām quantū poſſumus imitemur·Nā ad hoc dirigit nos deus
di· deut·Sancti eſtote qm̄ ego ſanctus ſum Sunt autē ſex gen
era exerciciorū que nos ſanctos efficiūt quorū tria ponit criſo· in
legenda huius virgis·ſcꝫ cordis mundicia·bonorū opū ſuffici
encia·ſpūs ſancti pñcia·reliqua tria ponit bern·di·Tria ſunt
que nos ſanctos efficiunt videlicet victus ſobrius·actus iuſtꝰ
ſenſus pius·In hys ſex exerciciys omnis actus iuſticie ꝯtinetur
et ideo qui in hys ſanctificatꝰ fuerit erit ſine dubio totus ſan=
ctus· Primo ergo ſanctificemus nos ꝑ cordis mūdiciā purgā
tes cor noſtrū et ſtopantes ab oībus īmundiciys et feditatibꝰ
peccatorū qd̄ cū ad plenū factum fuerit · erimꝰ ſine dubio ſcti
ſi tamen nihil de ꝯtingentibus obmittamus qd̾ facere mone=
mur deut·xxii·vbi dicitur ſint caſtra tua ſancta et nihil in eis
appareat feditatis·inſinuās in hys verbis · qꝫ ex ſola mūdicia
ſi in nobis plantata fuerit ſine dubio ſumus ſancti·hic ii·cor·
vii·Mundemus nos ab omni iquinamento carnis et ſpūs per=
ficientes ſanctificacōꝫ noſtrā ī timore dn̄i·quō aūt mundari d̾
beamus docet nos bern· ſic di·Aſcendat homo tribunal men
tis ſue·vt audiat cāꝫ ꝑterite vite ſue Aſſit accuſātrix ꝯſcīa· teſtis
memoria·rō iudex·timor carnifex et quicquit inuentū fuerit in
quibus deū offendimus ꝑ cordis ꝯtricōꝫ ꝯteratur·ꝑ oris con
feſſionē exhauriatur ꝑ ſatiſfactōꝫ deleatur et ꝑ reſiſtenciam
ſimilibus reſiſtatur et his oībus firmū ꝓpoſitū adiūgatur· hoc

tam diu dāmnātes quouſq; ſpūs ſanct⁹ affectū noſtrū in aliud
genus deuocōis trahat in grāꝝ videlicꝫ actōꝫ. Ipa em̄ graciaꝝ
actō et vox laudis exitimo affectu cū exiudicō ꝛōis agitur ſig=
nū eſt remiſſionis peccatoꝝ Vnde cū anxia pn̄ia in iocundā de
uocōꝫ grāꝝ actōis ꝓmutata fuerit hec mutacio dextre excelſi
certiſſimū ſignū eſt qꝫ omnia peccata noſtra adeo nobis liber=
aliter ſint dimiſſa ex qua remiſſione iam veraciter ſumus ſctī.
Secundo ſanctificem⁹ nos ꝑ bonoꝝ ſufficienciā p̄cipue et an̄
omnia illa facientes que facere cogimur ex p̄cepto. Nā que ca=
dunt ſub p̄cepto vtpote legalia de neceſſitate ſunt ſalutis. ip̄a
enim ſanctificant nos p̄ceteris dicente dn̄o leuit. xx. Sanctifi
camini et eſtote ſancti qm̄ ego ſum dn̄s de⁹ veſter. In quibus
aūt ſanctificari debeamus ſtatim ſubiungit Cuſtodite p̄cepta
mea et facite ea quia ego ſum dn̄s deus qui ſanctifico vos. ac
ſi dicat Vos facite ip̄a opa et ego ſanctifico vos Vt ſpem⁹ ſan
ctificari nō ex opibus que fecimus nos ſed adeo et quanto ip̄a
opa fidelius agimus tanto ip̄e deus amplius nos ſanctificat.
ꝓpter qđ cū ſum̄a diligencia ſtudendū eſt vt opa que debētur
deo fideliter ꝑagantur. qꝛ vt ait. quidam pl⁹ meremur aduer
bys qꝫ noībus. hoc eſt plus meremur de benefctō ope qꝫ de
bono. et hoc ē qđ di. ꝓuer. ii. qui fideliter agunt placēt deo ſic
ecōuerſo diſplicēt qui faciūt negligēter iuxta illud iere. xx. ma
ledictus qui facit opus dei fraudulenter. tūc aūt fidelius agi
mus. ſi ip̄a noſtra opa cū diligenti attencōe et fideli intencōe
dn̄o offeramus vt ꝑ diligētē attencōꝫ omnes ſenſus et corpis
mēbra ad opus dei ducemus ducatos adunemus qđ facere
monemur Ecc. xxx. vbi dicitur Contine et congrega cor tuū in
ſanctitate. et ibidem. li. Congregate vos in domū diſcipline.
vt dicatur de uobis veraciter illud ꝓuer. viii. Sapiencia voca
uit ancillas ad artē. hoc eſt ſapiens ducō vocauit ancillas. i.
ſenſus corpis et affect⁹ aīe ad artem. i. ſum̄um conatum. Sic
etiā opa noſtra ꝑ fidelē intencōꝫ dn̄t in ſolum deū ordinari. i.
vidꝫ vt ip̄a intencō deū ponat in oībus que agimus fundamētū
qđ enim ſuꝑ aliud qꝫ ſupra deum edificatur tranſit cū ſuo fun
damento qđ aūt ꝓpter deū agitur qui eternus eſt. cū deo per=
manet ieternū. Hinc ecc. Fundamenta eterna ſupra petrā ſoli=
data. petra aūt erat xp̄us. tūc aūt opa noſtra ꝑ fidelem inten
cōꝫ in. ſolū deū ordinam⁹. cū oīa que agimus ad laudē et glīaꝫ
ſuam facimus. nihil aliud ex omnibus que agim⁹ intendentes
Ad qđ hortatur ap̄lus dicens. oīa que facitis ad gloriam dei
facite Sunt em̄ quoꝝ ſimplex nō eſt oculus. intencōis oculum
in aliud quā in deū nequiter obliquantes et hy tales recipiunt

hic mercedem· Tercio ſanctificamur ꝑ ſpūs ſancti pn̄ciam qui
licet in prima et ſecunda ſanctificacione neceſſario nobiſcū fu
erit· eo qͥ nihil boni facere poſſumus ſine ip̄o· hic tamē ſingu=
larē poſt p̄dicta ponim⁹ eius pn̄ciā qꝛ hic ī ꝓpria virtute· hoc
eſt in ſua dulcedine datur nobis· datur aūt ꝓpter duo ſcꝫ ad ꝯ
ſolacōꝫ· qꝛ poſt cordis purgacōꝫ et bonoꝝ opū multiplicacōm
infunditur ad ei⁹ dulcedinē degustandā vt quē prius in opi=
bus faciendis habuimus auxiliatorē· nūc habeamus ꝯſolatorē
ne ſencientes ſolū laboris fatigacōꝫ et nō ſpūs conſolacōꝫ ſub
onere opprimamur· Eſt aūt hec eius ꝯſolacō · qꝛ vt ait ap̄lus·
Spūs ſanctus ꝑhibet teſtimoniū ſpūi noſtro· qͥ filij dei ſum⁹
qͥ ſi filij et heredes et ſic in hac gracioſa atteſtacōe in hac vita
de filiacōe· et in futura vita de hereditatis aſſecucōe miſericor
diter ꝯſolamur vt ſcḋm ap̄lm habeamus ſanctificacōeꝫ vite eius
que nūc eſt· finē vero vitā eternā · datur etiā ſpūs ſanctus ad
virtutū plantacōꝫ· nā ex dei pn̄cia deū ꝯgnoſcimus· ex cui⁹ ꝯg=
nicione neceſſario conſequimur caritatem· Nemo enim poteſt
eū cōgnoſcere et nō amare· per ei⁹ vero abſenciā· nos ipſos cōg
noſcimus et inde humiliamur· qui·n· veraciter ſe cōgnoſcit ne
ceſſario conſequitur hūilitatē· qꝛ tūc noſtre vilitates et miſerie
in lucē ꝓdeūt abſente deo· ex quoꝝ ītuitu vſqꝫ īpuluerē hūilia
mur· Ex intuitu ergo dei habebim⁹ caritatē· ex noſtro vero hu
militatē In hac alteracōe ſtetit pſa· cū dicebat Ego mendicus
ſum et pauꝑ et dn̄s ſollicitus eſt mei· nā in eo qͥ ſe reſpexit· hu
miliatus dixit Mendic⁹ ſum et pauper· inde autem fugiens et
deū reſpiciēs· conſolatus et in ſpem ſubleuatus dixit dn̄s ſolli
citus eſt mei· De hijs di· aug· dn̄e de⁹ meus ſi nō attenderem
mīas tuas mee miſerie me ꝑtraherent in deſperacōis abyſſum·
Hinc gre· Adeſt ſpūs ſanct⁹ vt ſubleuati deū amem⁹· abeſt vt
cōgnoſcētes noſtrā miſeriāꝫ hūiliemur· hinc bern· qui in ſpū am
bulat nequaq̄ꝫ ī vno ſtatu ꝑmanet nec eadē ſemꝑ facilitate ꝓ
ficit et nō eſt ī homīe via eius· ſꝫ quēadmodū ei ſpūs modera
tor diſpēſat ꝓut vult· nūc ſegnius nūc alacri⁹· que retro ſunt
obliuiſcitur et adantiora ſē extendit ergo cū te tepore vel acci
dia affici ſentis noli ꝓptea diffidere aut deſiſtere a ſtudio ſpi
rituali· ſed iuuantis require manū trahi te obſecrās donec de
nuo ſuſcitāte grā fact⁹ ꝓmcior alacrior curras et ſic quamdiu
adeſt grā ſic delectare ī ea· vt nō exiſtimes te donū dei iure he
reditario poſſidere ne ſubito cū retraxerit manū et ſubtraxerit
donū tu aīo concidas factus triſtior q̄ꝫ oportet · qꝛ hec alter
acio ſpūs venientis et recedentis nō agitur ī nobis ad noſtrā
īſipienciā ſꝫ ad dei in nobis edificandā ſapiāꝫ nō ad dei īdig=

nacōꝫ·ſeꝺ aꝺ noſtrā ꝓmocōꝫ · qꝛ forſitan plus ꝓficimꝰ in grē
ſubtractōe quā ī ſue preſencie cōſolacōe· nā quantū nobis ꝺuo
cōis accreſcit ex ſpūs preſencia īꝺilectōis ꝓmta opacōe·hilari
iubilacōe·ſublimi contemplacōe· que oīa ī puluerē reuertētur
cū ſpūs nō ſpirauerit·tantū in ſubtracta grā accreſcit nobis ꝺe
ꝺei timore ꝺuro labore anxietatis horrore· īpaciēti langvore ·
ꝓfunꝺa ſuſpiracōe et ſic ꝺe aliȷs· ex quibus oībus in ſubtracta
grā ſpūs ſnacti plus meremur · quaꝫ ex preſencia eiꝰꝺē conſo:
lemur et qꝛ ꝺifficulter creꝺitur qꝫ ſubtracta gracia plus vtilita
tis conferat quaꝫ hita·ecce aꝺ manū ē ſnīa·bern·ꝺi· ꝺeus et ſi
iuſtis nō ꝺeſit aꝺ meritū pleruꝫ tamen abeſt aꝺſolaciū· illuꝺ
vtilius·iſtuꝺ iocunꝺius· et ſubiungit·habetur igitur et latet
ꝺū ſenſum corꝺis minime tangit illa ſuauitas hita ſeꝺ abꝺita
nec ex hoc ꝺetmentū accipiet aīa ſancta ſi tamen vere ꝺeū ꝺi
ligit qꝛ moram faciente ſponſo· nō tamē cū fatuis virginibus
ꝺormitat ſeꝺ crebris ſuſpiriȷs excitata ꝓfunꝺis gēitibꝰ exagi
tata īpacienti langvore ꝺiſſimulare nō valet meſticiam corꝺis
nec eanꝺē abſconꝺere que creſcere pectꝰ aꝺurit ·et iꝺeo aīa ꝺ
uota ex hiȷs multū meritū congregat et ꝓficit vehementer Iu
ſte aūt ſpm̄ ſanctū ī meꝺio iſtoꝝ ſex exerciciorꝝ poſuimus tam:
quaꝫ oīa orꝺinantem viuificantē omnia facientē qꝛ nullū opꝰ
proſperabitur aꝺ merenꝺū·qꝺ ſancto ſpū nō iuuatur· qꝺ enim
cor facit ī corpe hoc ſpūs in ope · et ſicut corpus nō viuit ſine
aīa·ſic nullū opus ſine ſpū · Vnꝺ ſicut p eū oīa colliguntur ſic
ſine eo oīa ꝺefluūt et ī nihilū reꝺigūtur· ipe em̄ ſpūs ſanctꝰ vt
ait bern·eſt oīpotens artifex creans hoīs aꝺ ꝺeum bonam vo:
luntatem ꝺei aꝺ hominē faciēs ꝓpiciacionē·formans affectio:
nē·ꝺans virtutē· ꝓſpans opacionē· agēs oīa fortiter et ꝺiſpo
nens oīa ſuauiter · et ſubiūgit· hoīes ꝺocet ꝺeū querere an:
gelos aꝺorare ſolus ipe ſpūs ē qui ꝺocꝫ inuenire habere et frui
ipe tantū ē ſollicituꝺo bene querētis et ī ſpū pietas · et veritas
aꝺorantis·ſapīa inueniētis·amor habentis·et gauꝺiū fruen:
tis· quē viꝺelicꝫ ſpiritū ſanctū hec oīa bona facientē ſi cupimꝰ
habere ꝺomeſticū et in habitantem in nobis· oīa noſtra īterio
ra et exteriora ſubcenſuram ꝺiſciplīe ꝺeuotiſſime conponamꝰ
nihil omnino aꝺmittētes qꝺ eiꝺē ſpūi aꝺuerſetur·quia vt ꝺi·
ſap·i·Spūs ſanctꝰ ꝺiſciplīe effugiet fictū et auffert ſe a co:
gitacionibus que ſunt ſine intellectu· qꝺ exponēs bern·ꝺ·et ſi
repellere a ſe ſpiritū ſanctū non ē in voto cogitantis · fit tamē
ex culpa negligentis vt ſpūs ꝺiſciplīe merito ſe aufferat a co:
gitacōibꝰ que ſunt ſine ītellectu·et iꝺo qui priora ꝯmercia ſan
cti ſpūs expiri ꝯſiꝺat·ſe ab oībꝰ cuſtoꝺiat que eiꝺ ſpūi aꝺuer-

Irgo cogitat que dn̄i ſunt vt ſit ſcta̅ et corꝑe et ſpu̅· i cor· vii· di· gre· Anima ſine delectacōe eſſe nō poterit Aut enim delectabitur in iufimis et caret ſupremis aut in ſummis et ꝯtempnit infima· Expedita ergo in ꝑcedenti ſermone ſanctitate interiori que ꝑ cordis mundiciā ſpūaliū operū ſufficienciam· ſpūs ſancti ꝑn̄ciā· eſt fideliter ac= acquiſita· nunc ad eandē ſanctitatē perfectius poſſidēdā alia ſunt exercicia adducenda que ī exteriori ꝯuerſacōe nos ſanctifi= cant vt fiat qđ ſcribitur in apoc· Qui ſanctus eſt ſanctificetur adhuc In verbis ergo ꝓpoſitis tria tangit aplus· ſcꝫ ſtatum ex cellentē· actū ꝯpetentem· finē ꝯgruentē· primū ibi virgo Vir= ginitas enim ī omni ſtatu excellencior eſt· ſecundū ibi cogitat in quo tangit actū tali ſtatui ꝯpetentē· virgines enim que a de bito maritali et a curis ſeculi per oīa ſunt ſolute merito cogi= tare debent que ſunt dei· vt ſicut coniugate ex vinculo marita li cogitare cōpelluntur vt viris ſuis placeant· ſic virgines deo dicate itendere debēt quō placeāt deo ſponſo ſuo· terciū ibi vt ſit ſancta et corpore et ſpū in quo tangit finē ꝯgruentem· Ad hunc ergo finem omnes ſacre virgīes· cogitacōes· locucōes et opera debent dirigere· vt ſint ſancte· quippe quoꝝ ſponſus ſan ctus ē· a quo nullatenus ī thoꝝ maritalē aſſumūtur· niſi et ipſe ſimiliter fiant ſancte· qđ etiā iſta glorioſa virgo de qua nobis eſt ſmo agatha vidꝫ deuotiſſime ſtuduit adiplere que res cor pus et animā poſuit vt poꝫ placere deo et placuit ſicut ſignoꝝ et miraculoꝝ euidencia cōprobauit· que vſqꝫ ī finē ſeculi deus ꝑ eā et ꝓpt̉ eam exhibebit et exhibuit clarificans eā toti mūdo vt ex hoc inoteſceret quāta deuocōe ſtuduit· vt corpore et ſpū eſſet ſancta· qꝫ ideo deus nobis poſuit in exemplū vt qui dn̄m iħm· qui exultauit vt gigas ad currendā viam imitari nō poſſu mus· puellā tenerā et delicatā imitemur ſalteꝫ tenuiter· qđ ad huc vtinā faceremus· Quō aūt ipāꝫ in ſua ſanctitate imitari đ beamus vt et nos ſimiliter ſimus ſancti docet nos bern· dicēs Tria ſunt que faciūt hoīeꝫ ſanctū· victus ſobrius· actus iuſtus ſenſus pius· ī quibus tribus plena et abſoluta cōſiſtit perfectō Eſt aūt ſm qꝫ diffiniūt doctores· Sobrietas moderatus vſus tp̄alīū circa ſolā neceſſitatē reſtrictus· cuius obſeruancia licet difficilis videatur his qui in carne ambulāt facilis tamē eſt illis· qui bona ſpūalia guſtauerūt· qꝛ parua bona reſpectu ma ioꝝ et meliorū ꝓnihilo reputāt· qđ ex ꝑſſe gre· inſinuat dicens Dulcis eſt eſſe in hūanis rebus· ſed ei qui adhuc de celeſtibus gaudiis nihil nouit· quia quanto minus eterna intelligit· tan to delectabilius in temporalibus requieſcit· At ſi quis iam

cordis ore guſtauit que ſit illa dulcedo celeſtium bonorum ·
quanto illud dulce eſt ꝗ̄ qđ ītus habet tanto ei in amaritudine
vertitur omne qđ foris ſuſtinet· et idō facile eſt ei īmo delect
abile· vt foris ꝓpter deū ſobriū victū habeāt qui intꝰ dulciter pa
ſcitur· Vt ergo ſpūs ſanctꝰ· de cuius pñcia ī priori ſmone dictū
eſt paſſibus ꝓfectuum in nobis ꝓmoueatur· et nos magis ac
magis ī eiꝰ conſolacōibus ꝓficiamꝰ· neceſſe eſt vt ꝑ ſobriū vi=
ctū carneis conſolacōibus funditꝰ renunciemꝰ· qꝛ nullatenus
pñt eſſe ſimul· d i· enim augꝰ· Si animꝰ habet vnde delectetur
extrinſecus ſine de icps manet intrinſecus · omnia ergo exteri
ora· de genere cōſolacōem carnalium ꝑ victū ſobriū amputēꝰ ·
Voco aūt ſobriū victum ſola neceſſaria ab omni ſuꝑfluitate in
omni vſu penitus reſtricta· Ex quibus verbis colligimus· qꝫ n̄
ſolū ſobriū victū vocamꝰ moderatā cibi et potꝰ ſumpcōꝫ· ſꝫ oīm
reꝝ ad vſum noſtrū ꝑtinenciū reſtrictōꝫ· In quibꝰ cibꝰ ſobriū
victū accipimus · ſi eis vtimur moderate· qđ nō ſolū religioſis
expedit ſed omni xp̄iano ꝓficit ad ſalutē · qꝛ ſicut ꝓpter gulā
primi pētes et nos millis đ paradiſi gaudiis ſumꝰ expulſi ſic ut
ait gre· ꝑ ꝑſimōiā et ſobrietatē recto itinere regredi nos opor
tet vt fiat ī nobis· qđ de magis đꝛ math· per aliā viam reuerſi
ſunt in regionē ſuā· et iō ſicut diligimꝰ patriā ſic ī omnibꝰ vtē=
dis victū ſobriū teneamꝰ· que tamen omnia ne multitudo cō=
fuſionē generet et errorē ī triplici ordā colligantur ita vt viſcet
vt omnis ſobrius victꝰ fiat in temporaliū moderata fruicione
in exterioꝝ ſenſuum diſciplinata gubernacōe· intꝰ noꝝ motuum
cauta et vigilanti cohibicōe· primū ergo ſobriū victū teneamꝰ
ī vſu temporaliū· vt in omnibꝰ quibꝰ oportet ad vitam ſuſten=
tandam ſiue etiam conſeruandam vt eſt cibꝰ potꝰ ſompnus ve
ſtis et ſimilia· ſolis ſimꝰ neceſſariis contenti nulla vmquā ſu=
perflua ex oībus admittentes et hec ſobrietas paupertas vo=
luntaria eſt vocata· de qua dicitur eccľ· Eſt pauper cū in mul=
tis ſit diuiciis· de hac ſobrietate dicitur eccl· xxx· Sanitas cor
ꝑis et anime eſt ſobrius potus nomine potus vſualia corporis
volens intelligi· de hoc vſu dicit bernhardus Felix ſecundum
tempus viator qui ciuiū ſuoꝝ beneficium ſine quo tranſire non
poteſt in obſequium ſuum ſcit conuertere et vti ad vtilitatem ·
Secundo ſobrium victum teneamus in vſu ſenſuum et ſenſibili
um omnes ſenſus corporis a vanis nugatoriis et ſuperfluis cōti
nentes et ad ſola neceſſaria ordinantes · qđ fideliter faciebat
iob qui dicebat· pepigi fedus cum oculis meis vt ne cogitarē
de virgine· Sed cur hoc facit· reſpondit quia alitus eius prun
as ardere facit hoc et nos facere monemur Ecc· ix· ubi dicitur

Virginē ne dſpexeris. ne forte ſcandalizeris in decore eius de
hoc vſu docet nos bern. dicens bēat homo dei ſenſus ſuos ex=
teriores nō duces ſed ſeruientes. vt dicat huic vade et vadat
et alio veni et veniat et ſeruo ſuo fac hoc et abſq; ɔtradictione
faciat. et ſubiungit quia magnus ille eſt qui vſum ſenſuū ſuorū
nouit expendere in ſuam ſalutē et vtilitatē et eos ſcit in obſe
quiū xpi ɔuertere et ordinare et talis optime ſibi credendus ē
quātalib; multitudinē ɔuerſetur. Tercio ſobriū victū teneam9
in vſum mutuū internoꝝ cm̄s motus illicitos in ſuis principiis
cohibentes. hoc enim maxime plac; qd̄ pulchre figuratū legi
mus. j. reg. vbi dixerunt philiſtei ad regē ſuū. quō hic melius
poterit placare dn̄m ſuū quā in capitibus noſtris. Sic demōes
ɔflantes intra nos mot9 illicitos dicere poſſunt. quō quis meli
us placare poterit deū ſuū q̄; ſi principiis talium motuū reſi=
ſtatur. qd̄ quicūq; faceret ex omnibus ſequētibus nil timeret.
quod etiā poſitū eſt in noſtra plena voluntate Sic. n. dicitur
gen̄. iiii. Sub te eſt o homo appetitus tuus et tu dn̄aberis illi
us. qd̄ expones bern. di. Poteſt quidam dyabolus excitare in
nobis temptacōis motū ſed ī nobis eſt ſi vinci volomus et ne
mo noſtrū in hoc certamine deicietur inuitus. de hoc triplici
vſu dicit poſtillator ſup illo verbo mulier graciosa eſt gloria
viri ſui et merito laudanda. que res domeſticas ad vtilitatem
familiam ad honeſtatē ſe ipa; ad moꝝ venuſtatē bene regit
Sic aīa deuota ē gloria viri ſui. i. dei que p̄dicta tria ſubdecen
ti moderamine regit ordinat et diſponit. nā p hoc q7 dicit res
domeſticas tangit ſenſuū gubernacōꝝ. p hoc vero q7 concludit
ſeipa; tangit internoꝝ motuū cohibicōꝝ. Secūdū q7 iuxta ber.
nos ſanctificat eſt iuſtus actus. noſtri aūt actus vt iuſti fiāt
ſunt maxime circa noſtros pximos exercendi. na; deo qui ſcru
tatur corda manifeſti ſumus nō indigens vt exterioribus exhi
bicōibus informetur Vt ergo actus noſtros pxīs exhibēdos
virtute iuſticie informemus inſpiciēdū eſt illud glorioſum ex=
emplar quod eſt deus vt ſm formam qua; ip̄e nobis in ſeipſo
de pximo agendo ppoſuit noſtros actus vt iuſti fiant ordine
mus que videlicet deus veniens in carnem ſe totum cum omni
bus que habebat hoc eſt res corpus et animam poſuit pro no
bis. na; de rebus pro nobis poſitis dicit deus jere. duodeci.
reliqui domū meam dimiſi hereditatem meam. de quo et apo
ſtolus ſecunda corinth. quarto Scitis fratres quonia; criſtus
propter nos egenus factus eſt cum eſſet diues vt nos illius in
opia diuites eſſemus. de corpe autē pro nobis poſito dicit de
us yſaie quīquag. Corpus meum dedi percu. et ge. me. vel ꝛc.

De anima vero ꝑ nobis oblata di·iterū jere·xii·Dedi dilectā
animā meā in manus inimicoꝝ·Hys ergo tribus ꝑ nobis talit̄
vt dictū ē poſitis dicit nobis deꝰ Exo·xxv· Inſpice et fac ſcdꝫ
exemplar·qđ tibi monſtratū eſt in monte qui ē xp̄us Item io:
ſue·ii· quō ego feci vobiſcū mias ita et uos faciatis· Si ergo a:
ctus noſtros iuſtificare volumus·debemus et nos res corpus
et animā profratribus ponere·nam de rebus āmonet nos ioħ·
in epiſtola ſua dicens· qui habuerit ſubſtanciam huiꝰ mundi
et viderit fratrē ſuū neceſſitatē habere et clauſerit viſcera ſua
ab eo quō caritas patris manet in illo·de corpe autē ponendo
ꝑ fratribꝰ exēplū habemꝰ đ xp̄o qui factꝰ ē ꝑ no·obediēs vſqꝫ
ad mortē·đ aīa vero ponenda itm̄ dicit·ioħ·in epiſt·ſua· ſicut
xp̄us animam ſuam pro nobis poſuit ita et nos debemus pro
fratribus aīas ponere· Incipientes ergo ab vltimo hoc eſt ab
aīa·eo qꝛ ab illa tamq̄ȝ a radice cetera trahant ortū· nemo em̄
res vel corpus ponit ꝑ proximo niſi ꝑ caritatē prius aīam po
nat· Primo ſi iuſtificare cupimus· actus noſtros exemplo xp̄i
ponamus pro proximo animas·nō vt deꝰ· qui in cruce moriēs
pro nobis animā ſuam dedit· ſed ſic ponamꝰ vt qđ facilimum
eſt anime·hoc proximo exhibeamus·et hoc eſt vt eū ex corde
veraciter diligamus·vt ſecundū regulam naturalē affirmatiuaꝫ
et negatiāꝫ velimꝰ et nolimꝰ ei oīa que nobis nolumꝰ et vol·ex
hiberi·et iſte eſt facilimus modus ponendi animaꝫ pro fratri:
bus·qđ et ſaluator monuit deſcendens noſtre infirmitati ioħ
hoc eſt p̄ceptū meū vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos·naꝫ ad
omnia que deꝰ pro nobis poſuit fecit et exhibuit·caritas eum
vrgebat q̄ꝫ ſi ſolam haberemꝰ facilime ꝓmo gaudenter res cor
pus et animam pro fratribꝰ poneremus· Secundo ſi actus no
ſtros iuſtificare cupimus ad exemplū criſti ponamꝰ pro proxi
mis corpus noſtrum·qꝛ ſi illud ſicut xp̄ꝰ in mortē dare nō poſ
ſumus·ſaltē om̄s actus de corpe poſſibiles· vt ſunt verba con
ſolacōis·exhortacōis·de malo reprehenſionis·de uote orōis·
mores ſancte cōuerſacōis·noſtris proximis exhibeamꝰ·et que
cūqꝫ alia fideli exhibicōe corpis eius exhibere poſſumꝰ faciāꝰ
taliter agentes vt oīm mores benigma caritate portemus et a:
nemie nos portemur vt veracit̄ đ eo qui eiuſmodi eſt dici poſ
illud·ii·mach·Hic ē frm̄ amator et ꝑpl'i iſrahel hic eſt qui mul
tū orat ꝓpopulo·đ hoc dr̄ xxvii· Bonis amici oſilys aīa dulcor
atur· Tercio ſi iuſtificare cupimus actus noſtros ad exemplū
xp̄i ponamꝰ pro proxīs res noſtras·per opera mīe que ſubuen
cō tāto đo ē accepcior·q̄ȝto res īpciēde iuſtiꝰ hn̄tur laborioſiꝰ
acquirūtur tenuiꝰ poſſidentur· qđ ī ſcriptura ōnditur euidēt̄

q? mun? abel ex iuſta habicōe oblatum A qua dauid ex labori
oſa et piculoſa acquiſicōe libata. minuta vidue extenui poſſeſſi
one sacrificata deo fuerūt adeo grata et accepta vt ī sacra ſcrip
tura ī eternam ſint memoriā cōmendata. Nec rer penuria ab
hac ſubuencōe quēquā poterit excuſare q2 ab vno quoq3 hoc ſo
lū requiritur qđ habetur hinc thob. iiii. Si multum tibi fuerit
habundanter tribue. ſi exiguū et hoc ipm libenter īpertire. q7
ſi nihil penitus habem? ſaltē potū aque frigide indigenti ex
hibeamus p quo merces a dño eſt pmiſſa q ſi nec illud fuerit
ſaltem affectū bone voluntatis exhibere nō negligamus quia
ſicut d. gre. Cor et nō ſubſtanciā penſat de?. nec actēdit quan
tū ſed ex quanto offeratur. nec vmquam manus vacua erit a
munere ſi archa cordis repleta ſit bona voluntate Terciū prin
cipale qđ ſecūdū bern. nos ſanctificat eſt pius ſenſus. piū aūt
ſenſum dicimus internā deuccōz. que deo ſuſpirante tantum ī
valeſcit. vt in ea dei pñcia feliciter ſenciatur. Cū enim pietas
ſecundū bernh. ſit cultus dei et maxīe talis cultus qui agitur
in affectu hic talis cultus ci m in tm pficit. vt deus in eo ſua
miracula opetur iuſto noīe pi? ſenſus poterit appellari vt per
hoc q7 eſt pius cultus dei detur intelligi et per hoc q7 eſt ſen
ſus qui a ſenciendo dicitur. hoc intendatur. q7 ille cult? in aīa
ſenciatur. que videlicet deuōcō licz in noſtra minime ſit poſita
ptāte vt iubeamur quaſi ex nobis ipis p piū conſenſum ſancti
ficari. poſſumus tamen aliquid per qđ hanc graciam miſericor
diter mereamur vt ab ea tamquaz ab infimo. īcipientes et per
gradus aſcendentes tandem aliquando ad hanc graciaz venia
mus. ſunt ergo tres gradus per quos in hanc graciam aſcende
mus ſcz per intellectū. operis affectum. diuinū affectū. ſi hec
tria in deū ordinamus hanc graciam conſequimur. primo ergo
exerceamus nos ad deū per intellectū ipm periugē memoriam
ad deū erigentes vt videlicet ſine intermiſſione deū cogitem?
hoc enim oms poſſum? nec eſt aliquis qui ad hoc ſe valeat ex
cuſare. et ideo hoc ipm ſtrictiſſimū eſt mandatū. ſic. n. dr deu'
Caue ne vmquaz obliuiſcaris dñi dei tui Itm thob. oī tempore
in mente habeto deū Itm pūer. In omnibus vys tuis cogita il
lum et pſ. Adhereat lingua mea faucibus meis ſi non ꝛc. Et ſi
cogitacio noſtra in deum eleuata per ſubrepcionē ad infima d
labitur eo q7 terrena inhabitacio ſenſum multa cogitantem de
primat iterū eleuetur q7 ſi iterū dfluat iter atq3 iterū erigatur
et ſi adhuc noſtra eſt ſemper cogitacō apud deū. qđ intende
bat iob. cū dicebat. xvi. Ad deū ſtillat oculus meus Intellectū
ſuū oculū vocans. quē ad deū ſtillare dixit eo q7 non continue.

ſed p̄ interciſa tempa hunc erexit ad deū· q᷑ ſi ſic p̄ intellectū
ad deum ſtillamus deū ſemp̄ cogitam᷒· Secundo exerceam᷒
nos in deo p̄ opis effectū vt opari incipiamus omnia que hō
xp̄us in ſua ↄuerſacōe nobis ↄpoſuit facienda· Ad hoc enim in
duit hōiez· vt ex eo p̄uocati ipm̄ p̄ viribus imitemur et hoc eſt
q᷑ dixit luc·xxii·Ego diſpono vobis regnū ſicut diſpoſuit mihi
pater meus Ac ſi dicat Sicut ego deſcendēs a patre et veniēs
i mūdū nō niſi p̄ labores ſudores dolores patre ſic diſponen:
te ad eum redeo· Sic ego diſpono vobis vt ſi poſt me ad deū
venire cupitis eiſdem veſtigijs incedatis nō declinantes ad
dextram vl̄ ad ſiniſtram In quo ſi fideliter agim᷒ nihil d̄ ↄtin
gentibus obmittentes· in hoc merebimur vt ſuam nobis ↄmūi
cet deitatem vt ſicut amara ſui hōis imitando bibim᷒ ſic etiā
ſue deitatis dulcia d̄guſtemus· Tercio exerceamus nos ī diui
no affectu quē in dei p̄ñcia afflati diuinitus conſequimur· et
ideo vt verius dicamus nō ex noſtro exercicio·ſed ex dei bene:
ficio tamq̄ p̄miū p̄dictoꝝ accipimus illud donū· talis autē di
uinus affectus opatur ī nobis ardentē dilectōꝫ ſapīe illuſtra
cionē miſterioꝝ reuelacōeꝫ ſpūs ſancti nobiliſſimā ↄſolacōm et
multa ſimilia que nemo ad ↄdignū verbis vllis poterit expli:
care dn̄o noſtro ih̄u xp̄o operante hanc graciam in nobis qui
eſt ſup̄ omnia benedictus·

## De cathedra ſancti petri·

xaltent eū in ecclīa plebis et in cathedra ſenioꝝ lau:
dent eū pſ·dicit beatus gre·quanto electi dei et dile
cti a dn̄o amplius diligentur tanto in tritura p̄ſecu:
cionis durius ↄteruntur et q᷑ beatus petrus ī celeſti
patria·vt catholice et religioſe creditur·in multis eſt p̄ceteris
ſublimatus· ideo oportuit vt in hac via et vita duros ſuſtin:
eret cruciatus· ↄpter qd̄ ſciendum q᷑ anteq̄ veniret ad celeſtis
patrie exaltacōꝫ· tribus vicibus et modis ſuper terrā legitur ex
altatus· p̄ electōꝫ·opacionē·paſſionē· Primo dico beatus pe:
trus a fidelibus xp̄i et ab eccleſia ſancta in antyochia ad ponti
ficalem dignitatem exaltatus fuit ip̄m p̄ cathedralē honorem
ſumum pontificē et pſtorē eligentes et ſuper vniuerſam eccle
ſiam ſtatuentes· qd̄ tñ nō factum eſt ſolū ex fideliū electōe· ſꝫ
ex dei iam dudum p̄ordinacōe· nā in eo q᷑ deus dixit petro pe
tre amas me paſce oues meas· hoc ip̄m tercio repetens ī eiſd̄
verbis ip̄m ſuper eccleſiam pontificem ordinauit Sic enim d̄r
ioh·xxi· Manifeſtauit ſe iheſus ad mare tyberiadis ꝛc̄· vſqꝫ·cū
ergo prandiſſent dixit ih̄s ſymoni petro Petre diligis me pl᷒
his dicit ei·Etiā dn̄e tu ſcis q᷑ amo te·dicit ei paſce oues m·

Et hec verba vſq₃ tercio repetiuit dans ei ī eiſdem verbis pō-
tificatus dignitatem et ligandi atq₃ ſoluendi· celū apiendi et
claudendi auctoritatē Sic enim dicitur math· qd̄cūq₃ ligaueris
ſup terrā erit ligatū et in celis et qd̄cūq₃ ſolueris ſup terrā erit
ſolutum et in celis · Hoc adicientes q₇ in huiꝰ verbi paſce oues
meas· trina replicacione· hoc dn̄s intn̄debat vt petrus paſtor
poſitus cū oībus ſequacibus ꝓplm ſibi ſubiectū tripliciter paſ
cere debet · Ac ſi dicat· Si diligis me paſce verbo paſce exem
plo paſce orōe · In quibus verbis omniū paſtoꝝ ɔſciencia ſtri
ctiſſime ɔuenitur dicit enim bern· q₇ iuſto ordine oues paſcun
tur a paſtoribus· dignū quippe eſt vt qui lana et lacte paſcun
tur ab omnibus ipſi p̄dictis tribus ſimiliter paſcant oues qd̄
qui nō fecerint audiant quid contra eos dicit dn̄s Ezeh· xxiiii·
ve paſtoribus qui paſcebant ſemetip̄os gregem autem meū nō
paſcebant· et ſubiungit Nonne greges paſcuntur a paſtoribus
lac ɔmedebatis· lanis coopiebamini· et qd̄ craſſum erat occide
batis Gregem aūt meū nō paſcebatis· Inquibꝰ omnibꝰ verbis
omnes paſtores de fideli cuſtodia āmonentur q₇ ſicut ſapie
vi· dr· Duriſſimū iudiciū fiet hys qui p̄ſunt Scdo btūs petrꝰ ex
altatus eſt p operacōem Cum enim viderent tam fideles quam
in fideles q₇ tantis miraculis in ſuis opibus choꝛu ſtaret voca
bant eum nō hominem ſed deū dicentes act· xiiii· Dy ſimiles
facti ſunt hoībus deſcenderūt ad nos quoꝝ errorem in pfun
dum hūilitatis ſe ꝓſternens pie correxit dicens · quid nos in
tuemini quaſi noſtra virtute aut poteſtate fecerimꝰ hūc ambu
lare deus abraham et deus yſaac et deus iacob deus patrū no
ſtroꝝ glorificauit filiū ſuum iħm· Ac ſi diceret· nō nos ex hys
operibus exaltate· ſed dn̄m magnificate· qui p nos hic miracu
la operatur · In tantum ergo petrus extitit exaltatus et in ſig
nis prodigiis et miris opibꝰ magnificatus vt ī plateis ponerēt
in firmos in lectulis et grabatis vt veniente petro ſaltem vm
bra illius obumbraret quēquā illoꝝ et ſanarentur a langvoribꝰ
ſuis · Tercio beatꝰ petrꝰ exaltatus eſt in paſſione cū a perſecu
toribꝰ leuatus a terra ſuſpenderetur in cruce pedibus ſurſum
leuatus et capite dimiſſo in terrā perpaſſionē crucis finiens vi
tam in nomine iħu xp̄i Et ſciendū q₇ ꝓpter has tres exaltacōes
quibꝰ ſuper terram meruit exaltari eccīa ſponſa xp̄i triplex dō
feſtū inſtituit celebrari volens vicem reddere ſue triplici ex
altacioni· na₃ ꝓpter primam exaltacō₃ ſc₃ electōis feſtum qd̄ ē
ī manibus extitit inſtitutum· ꝓpter ſecundam exaltacionem ſc₃
operacionis inter que omnia nō minimū fuerit q₇ detentus in
carcere et ī vinculis per angelū extitit liberatꝰ ſicut act· xii· dr

Colitur ad vincula· ꝓpter terciā vero exaltacōez· ſcꝫ paſſionis
terciū feſtū ſolenniter celebratur· has exaltacōes intuēs bern·
amirando de ſancto petro dixit· Conſiderans q petrū manus
oipotentis regni celeſtis clauibus inueſtit· ſuꝑ quē fundatur
eccleſia· cui poteſtas ligandi atqꝫ ſoluendi traditur· qui celos
claudit et apit qđ cherubin et ſeraphin habere nō legi· vehe=
menter āmiror et ſubiungit ieſtimatus honor et dignitas glori
oſa hoiem interris poſitū in celis imꝑare et inter angeloꝝ chor
os iudiciarie poteſtatis exercere virtutē· aſſiſtunt angeli p̄ſi=
dentis impiū expectantes et amiſtratoꝝ ſpūs aſſignata ſibi
miniſteria ſorciuntur· ſed ligandi atqꝫ ſoluendi nullus eorum
accepit poteſtatem Ad eſt petrus et ad eiꝰ imperiū orbis vni=
uerſitas ſoluitur et ligatur et p̄cedit petri ſnīa· ſnīaꝫ ſaluator=
is· qr nō qđ xp̄us ligat petrus· ſed qđ petrus ligat· xp̄us· iudi
cat petrus et petri iudiciū ꝯfirmat oipotēs· Et ſciendū q hec
triplex exaltacō ex radice triplici ſumpſit ortū ſcꝫ ex xp̄i inſtitu
cōe prio e· ꝯgnicōe illūiatiore· caritate feruēciore· Primo dico
petrus exaltatus fuit ꝑ electōꝫ ex xp̄i īſtitucōe priore Audiens
enim eccīa q xp̄us exiſtens īterris petrū ſumū paſtorē īſtituit
in his verbis ſimō diligis me plꝰ his· paſce oues meas· Eand
inſtitucōꝫ ꝑ ſuā electōꝫ ꝑducere voluit ad effectū· Secundo ex
altatus fuit ꝑ ꝓpacōꝫ ꝓpt ꝯgnicionē illūiaciorē· Vnde cū dn̄s
quereret a diſcipulis de ſua ꝯgnicione math· xvi· di· quē dicunt
homines eſſe filiū hoīs et aliis alia reſpondentibus dixit iħūs
Vos aūt quē me eſſe dicitis· reſpondit petrus tāquā p̄ omnibꝰ
illūiatus· Tu es xp̄us dei filius viui cui dn̄s· beatus es ſimon
bar· qr ca· et ſang· non reue· t· ſed pater meus qui eſt incelis·
Ac ſi dicat hanc ꝯgnicionē non habes· niſi ex infuſo lūie veri=
tatis et vt deus hanc aſſꝫcionē ꝓbaret eſſe veriſſimam vtpote
ſupra quem tamqꝫ ſuꝑ fundamentū edificaret eccl̄iam· merito
debuit petrū p̄ceteris honorare· et tamquā aſſertorē profun=
diſſime veritatis ſignis et miraculis in ſuis opibus exaltare·
Tercio exaltatus fuit in paſſione ꝓpter caritatē feruenciorē vt
ſicut deū p̄ceteris plus dilexit· dicente dn̄o iohis· xx· Simon
iohis diligis me plus his· ſic etiā debuit eū p̄ceteris in paſſi
one proximꝰ imitari· oms enim martires qui digni inuenti ſunt
pro nomine iħu contumeliam pati et paſſionis ſubire tormētū
ex radice caritatē veraciter acceperūt· quis enim tā dira et du
ra et tam gaudenē poſſetiē ſubire tormēta ſi non adhec pacien
da incitaret violencia caritatis· hinc augꝰ· Qumodo corrupti
bilis puluis contra tā inmania tormenta dn̄aret niſi in eo xp̄ꝰ
habitaret· et hoc per affectū dilectionis· de prima exaltacione

dicitur in pſal· Exaltaui electū de plebe mea· De ſcda ibidem Dextera dn̄i exaltauit me· p dextram miracula que ſolus deus opatur in ſanctis ſuis volens intelligi De tercia dr ecc· xxxxvi· Exaltauit cū de terra· et hec d exaltacoe huiꝰ glorioſi principis dicta ſufficiāt· Nūc dicendū eſt quibus exerciciys etiā nos exaltari valeamus· vt quē delectat exaltacō premiorꝝ· non deterreat exercitacō laborꝝ Si ergo huiꝰ principis exaltacoꝫ ſaltem tenuiter tamquā fimbriam tangentes ꝯſequi cupimus· oportet nos per p̄dictos modos exaltacōis tranſire· etiā mouere nos exerciciys eorꝝdem· īcipientes ab electōe vt ab illa ad opacoꝫ et paſſionem iuſto ordine adiuuantē grā veniamus· primo ergo cupientes exaltari hic p vite meritū et in patria p glorie p̄miū incipiamꝰ ab electōe qd tunc facimꝰ· ſi p grām ſpūs ſancti ītrinſecus ꝯpūcti īcipimus inſpicere vitam noſtram bonū et malū· celum et terram celeſtem iocunditatem· infernalem calamitatē momentaneam delectacōm· et eternā dāpnacōm· mentis nr̄e oculis ꝑponentes· et iter iſta deliberato ꝯſilio diſcurrētes· ipa ꝑut ſunt iuſta ponderacoe conſideramus ꝑfunde rimantes quid inter iſta ſit potiſſimū eligendū· Vtrꝝ ꝑpt momētaneam delectacoꝫ īcurrere expediat etnā dāpnacoꝫ· Vtrꝝ ꝑpter trena bona carere expediat bonis celi· cū futura bona ſint p̄ntibꝰ longiora· īinfinitū meliora et in omnibus p̄ſtanciora· nec dubium ſi ſine diſſimulacoe vtrꝝqꝫ īſpiciamꝰ· quin deū cū ſuis bonis eligamꝰ et cū indignacoe magna ꝯtraria reſpuamus iurantes et ſtatuentes cuſtodire iudicia iuſticie eius· qd ſtatim vt factū fuerit eligit etiam nos deus transferens nos d ſeruicō dyaboli et faciens filios dei· et ex hoc ſtatim ſumus non mediocriter exaltati dicetqꝫ nobis deus illud deut· xxvi· dn̄m hodie elegiſti vt ſit tibi deus et ambules in vys eius et elegit te hodie dominꝰ· vt ſis ei ꝑplus peculiaris et faciet te excelſiorē cūctis gentibus quas creauit in laudem et gloriam ſuam· An nō ſumꝰ vehementer et multū nimis exaltati· cū de ſeruis dyaboli adoptemur in filios dei· quid eni ignominoſius dyabolo quid glorioſius deo nihil qꝛ adhuc neſcio· quid ignominoſius ſonat ſeruū eſſe dyaboli quam diabolū eſſe eo qꝛ omnis ſeruꝰ in quantū ſeruus inferior ſit dn̄o ſuo et omnis dn̄s inquantū talis ſupior eſt illo· Da hac feda ſeruitute dr ioh· viii· omnis qui facit peccatū ſeruus eſt peccati· Peccatū aūt ex hoīe facit diabolū dicente dn̄o ioh· vi· nōne ego· xii· vos elegi et vnus ex vobis diabolus ē et ſic patet ex noſtra electōe· qua deū eligimꝰ exaltabimur vehemēter· Secundo exaltamur p opacoꝫ cū iam filii dei facti et ſpiritu filiorū īſpirati auide currimꝰ viam dei· qd tūc veraciter

et fideliter facimus ſi oīa opa nrā dō exhibenda cū conatu fa
cimus et exceſſu · ita vt omnia que facimus oñez ſtatū excedāt
opū a'ioꝝ · nō ɔtenti oīb9 obſequȳs · ſed quātū vires ſuppetūt
cū diſcreto exceſſu omnia faciam9 vt dicere poſſim9 illud eccēs
ii · Magnificaui opa mea hic aūt exceſſus · ne indiſcretio repute
tur ex duobus conſtat ſcȝ ex multitudine et conamīe · hoc ē vt
multa faciamus bona opa et eadem cū conatu Hunc conatum
opum tā diu ɔtinuantes · quouſqȝ de exceſſu opū veniamus in
exceſſum mentis · de quo pſal · Ego dixi in exceſſu mentis mee ·
Quid aūt dixerit ex ſubtracta gracia ignorabat nihil ſciens niſi
q̄ piect9 eſſet a grā · q̄ i exceſſu ſenciebat · hunc exceſſum opū
noſtroꝝ docet nos bern · di · Bonū ē hoī ſua obſequia adcumu
lum dare · verbi grā Sufficit ad ſalutem moleſtias corpis ferre
pacienter · ſed cumulus eſt etiā infervore ſpūs eas amplecti li
benter · Sufficit ad ſalutem ſupflua nō requirere · ſed nec ppter
ipa ſi deſunt neceſſaria murmurare ſed cumul9 eſt exultare et
libenter querere · quō alius magis habeat et ipē penuriā pacia
tur Sufficit ad ſalutem ſi nec in pacia vel fraude aliqua ad il
lud qd̓ deſiderans iuitū vel animū p̄lati tui inclinare ſed cumu
lus eſt refugere ea et ablata reſpuere · ī quibus voluntatez tuā
ſenſeris oblectari · Tercio exaltamur ppaſſionē · cū nos quib9 d̓
exerciciȳs paſſioni equivalentibus ſtrenue exercemus · Nā cum
ꝓpꝛioꝝ exerciciorꝝ merito ſancti hoīes ad ɔtemplacōis grāȝ ad
mittuntur ab omi ſpē trene ɔſolacōis ſe elongant vt bonis ce
leſtibus habundancius pfruantur quib9 vt cūqȝ guſtatis cū
more ſuo ſe ſubtraxerit fit amaritudo amariſſima · et ipacienti
deſiderio langvere incipiūt vehementer · Cū eni ad carnales
delectacōes redire · nec libeat nec liceat ambobus carentes · et
tamquā inter celū et terrā ſuſpenſi amariſſime cruciantur · et ta
lis cruciatus equivalet paſſioni · de hac paſſione di · job · vii · Su
ſpendiū elegit aīa mea · q̄ expones greg · dicit · quid p animam
niſi mentis intencō · quid p oſſa niſi carnis fortitudo deſigna
tur · omne aūt qd̓ ſupenditur pcul dubio ab imis eleuatur Aīa
ergo ſuſpendiū elegit vt oſſa moriantur · quia dū mentis itencō
ad alta ſe ſubleuat omnem in ſe carnis fortitudinē necat · Scti
enim viri certiſſime ſciūt · quia requiem ī hac vita habere nequa
q̄ poſſunt et idcirco ſuſpendiū eligunt quia deſideria terrena
deſerentes ad alta animū tollunt · ſuſpenſi autem oſſibus ſuis
mortem inferunt quia amore ſuperne patrie ī virtutum ſtudiis
actincti · hoc q̄ fortes prius in mūdo fuerant ſuſpenſi occidūt
de hoc martirio dicit bernhardus · Cum gracia ɔtemplantis ce
lerius nō ſubuenit fit obſecranti celum eneum et terra ferrea ·

et cum relicta sibi humani cordis duricia ad votu exaudiri no meretur anxietas desiderantis negari sibi existimat quicquit differtur· et nescio an vel ipam iehenā expiri ad tempus horribilius penalius ue ducat q post spūalis study gustatam suauitatem exire denuo ad illecebras et molestias carnis · talis ergo crucifixio et si non ferro sanguinē fundat· petri tamen corpali martirio adequatur tales enim inter celi et terre dsolacoēs eleuati pendent miserabiliter desolati· Nonne uelud inter duas mensas pōiti explantes hinc inde spectamus ieiuni Sic sumus omnino sic· vnde ergo sic positis risus vnd iocꝰ· vnde leuitas quando forte nō agnoscimus ad quam ꝛc·

## De sancto Mathia

Ecidit sors sup mathiam et ānumeratus est cum·xi· act·j· dicit aug· omnipotens deus quia sume bonus ē vult omnes hoīes saluos fieri · et ad agnicoē sui nois puenire vt fiāt pticipes sue bonitatis zpt qd omnes vocat nullum respuēs nullū transiens omnibus gracias suas offerens· et ideo sortē sue vocacōis sup oēs mittit·licet nō capiat aput omnes In verbis ergo zpositis duo intelligimus scilicet glorioh huius principis electoē et electi sublimacoē· primū ibi Cecidit sors sup mathiā · secundū ibi et annūeratus est cū xi· occōne ergo huius sortis duo dicemus videlicet de sortē contempnentibꝰ· secundo de in sortem consencientibꝰ · de primo sit primꝰ sermo· de secundo scdꝰ· de primo adhuc tria dicemꝰ primo de sortis descripcōe· scdo de sortis diuisione· tercio d sortis ob audicione· primo ergo dicamus d sortis descripcōe que quantū ē de pñti materia et quantum ptinet ad nostram vocacionem obmissa sorte qua vsi sunt apostoli· d qua nihil certi nobis doctores insinuant nihil aliud est nisi diuine gracie amonicio mouens intꝰ p spiritū·siue mouēs extra per hominem ad deseruiendū deo et hanc sortē sue amonicionis deꝰ mittit super omnem hoīem·nullum transiens nullū contempnens· cui si consenserimꝰ perficiet in nobis sanctificacoē vite eiꝰ que nunc est pariter et future· Si aūt negauerimus·nec sorti eius consenserimus iusto dei iudicio derelinquimur reprobati· Vnde ad salutem nostram et dei graciam consequendā pdicta duo necessario requiruntur scꝫ diuine sortis amonicio·et consensus nostri inclinacio Ipsa enim sunt de quibꝰ math·xviii·dicitur Si duo consenserint d omni re quam pecierint fiet eis a patre meo qui est in celis · deus autem sortem sue vocacionis singulis exhibet·

Licet omnes ꝑ ɔſenſum oblate gracie · nunc conſenciant · nunc
occurrant · Vń ď qd math · v · ďr · Deus ſolē ſuū oriri facit ſuper
bonos et malos et pluit ſuper iuſtos et iniuſtos · hoc paralipꝑ ·
xxvi · dicitur · miſit ſortem ex equo magnis et paruis · et hoc q̄
in hiis duobus dicitur hoc intendebat job dicens · Super qď n̄
efulſit lumen eius · et cum his tribus concordat pſal · dicens ·
nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius · qď enim nos hic dicimꝰ
ſortem · hoc job lumen · pſa · nomīat calorē et ſic patet ſortis de
ſcripcō · q̄ ideo multis noībus expoſuimus · vt eius ſignificacio
euidencius inteſcat · Secundo dicendū eſt de ſortis diuiſiōe
hoc eſt quot modis dn̄ꝰ ſortem ſue vocacōis ſuper nos mittat
et quantū nūc ſufficit · Quinq̄ ſunt modi quibus nos deꝰ ad ſe
miſericorditer vocat ſcilicet crimi̅s obiectōe · pene cōminacōe ·
p̄rna ſupplicacōe · bn̄ficiorꝫ exhibicōe · p̄mii ꝓmiſſione His quin
q̄ modis omnes hoīes niſi obſtinati fuerint alliciuntur et ad
id qď alliciens deſiderat inducuntur · Primo ergo vocat nos
deꝰ mittēs ſuper nos ſortē ſue vocacōis per criminis obiectōm
īpꝑans nobis pcc̄a que cōmiſimꝰ · qď tunc agitur · cum vel intꝰ
ea ad meoriā nobis reuocat · vel foris per os p̄dicatoris inſi-
nuat · Sic per jere · nobis noſtra crimi̅a obiciuntur cū dicit duo
mala fecit ꝓplus meꝰ me dereliquerunt fontē aque viue et fo-
derūt ſibi ciſternas diſſipatas que continere nō valent aquas ·
In quibꝰ verbis duo tangūtur per que oīa peccata criminalia
cōmittūtur ſcilicet auerſio et conuerſio · auerſio a ſummo bono
qď tangitur in eo quod dicit me dereliquerūt fontē aque viue
Conuerſio ad bonū cōmutabile quod tangitur in eo quod ſub
iungit Et foderunt ſibi ciſternas diſſipatas · Hoc eni̅ bonū cō
mutabile bene ciſternis diſſipatis ſimile dicitur q̄ omnis vſus
tp̄oraliū contra deū cū tp̄e euaneſcit Secundo mittit ſuper nos
deꝰ ſortē ſue vocacōis per pene cōminacōꝫ · reducens nobis ad
memoriā quanta mala cōminatꝰ eſt his qui in criminibꝰ perſe
uerant · De qua cōminacōe dicitur deut · xxviii · Augebit dn̄ꝰ
plagas tuas · plagas magnas et perſeuerantes peſſimas et
perpetuas · et conuertet inte oi̅s afflictōes egipti quas timui
ſti et adherebunt tibi · inſuper langvores vniuerſos et plagas
que nō ſunt ſcripte in volūie legis inducet ſuper te donec te cō
terat · Item amos · xiiii · jurauit dominus i ſctō ſuo · quia veniet
dies ſuper nos et leuabunt vos incontis et reliquias veſtras in
ollis feruentibus · Item pſalmiſta · Niſi conuerſi fueritis gla
diū ſuū vibrauit ꝛc̈ · vſq̄ ſagittas ſu · ardn̄ · effecit · de hac com
minacione dicit bernhardus · deus volens nobilem creaturam
ſcilicet hominem reuocare · ſcio inquit quid faciā · homo timidꝰ

eſt naturaliter trebo eū· ſi forte ſic ↄuertatur et viuat et cōmia
tus eſt acerbiora que ex cogitari poſſunt ſcꝫ tenebras eternas
vermes īmortales· ignem inextingvibilē Tercio mittit ſup nos
deus ſortem ſue vocacōis vocans nos ꝑpatnaꝫ ſupplicacōeꝫ vt
quē criminis obiectō non moueat ↄminacio non treat dulciſſi=
ma ſupplicacō alliciat· d qua vocacōe dr· jere· iij· reuertere auer
ſatrix et nō auertam faciē meam a uobis qꝛ ſanctus ſum et non
iraſcar imꝑpetuū et ibidem· iiii· vulgo dr Si dimiſerit vir vxo=
rem ſuam et recedēs ab eo duxerit viꝝ alteꝝ nūquid nō pollu
ta et cōtamīata erit mlier illa · tu aūt fornicata es cū aātoribꝰ
multis tamen reuertere ad me dicit domīus et ego ſuſcipiam te
jrē Ezech· Nūquid volūtatis mee eſt mors impy· dicit dnꝰ et
non magis ut cōuertatur a vys ſuis et viuat et quare moriemī
domus jſrahel qꝛ nolo mortem morientis reuertimini et viuite
Hinc Cant· v· reuerte reuertere ſunamitis reuert· reuer · Ac ſi
dicat· o ſunamitis· i· miſera et captiua reuerte · primo ꝑpt bnficiū
creacōis· reuerte ſcdo ꝑpter bnficiū redempcōis · reuertere ter
cio ꝑpt gratias benefactōis· reuerte quarto ꝑpt ſpē etne glori
ficacōis vt ſi vnūquēqꝫ iſtoꝝ ſingularit n moueāt moueāt ſaltē
omnia ſimul iūcta· quarto mittit ſup nos deus ſortē ſue vocacō
nis muneribus bnficioꝝ nos alliciens inter que nō numquam
facit nobis ꝓſpa arridere et nlla aduerſa adherere Multi ſunt
enim qui plus beneficiis inclinantur qꝫ duris minis ↄpellātur
et ideo tot et tanta nobis beneficia ↄtulit que etiam quoſqꝫ in
gratiſſimos poſſent obruere· dedit· n· nobis noſmetipōs· ſcdm
corpus et animā· Addidit et alia ꝑ que in bono eſſe vtꝝqꝫ poſ
ſit ſubſiſtere dedit celū et terrā et omīa que in eis ſunt nec ci
bus hus cōtentꝰ addidit ſemꝫipm ſcdꝫ ſe totū hoc ē ſm deum
et hoieꝫ · totam trinitatem ſcdm numeꝝ ꝑſonaꝝ · Dedit enī
filium īmcarnacōꝫ ſpm ſanctū in ſanctificacōem ſe patrem ſua
uit in eternam glorificacōeꝫ in tantū ſemetipſum ꝓnobis exin
aniens ut d omnibus que habebat nihil a nobis penitus ↄtin
ebat Hiis beneficiis· aug· affectum ſuum excitare voluit cū di
cebat· o anima mea dilige dm qui dedit tibi celum cum ſideri
bus · aerem cum volucribus· terram cum germinibus· aquam
cum piſcibus et cetera· jtem Bernhardus · quia om̄s diligunt
munera uenit deus et tot et tanta nobis contulit · donaria ut
in arram ſue dilectionis ſeipſum nobis totum daret· cum om
nibus que habebat· quinto mittit ſuper nos ſortem vocacionis
ſue perpremiorum promiſſionem promittens· nobis in preſenti
tempore dulciſſimas delectaciones · In futuro vero eternam
glorificacionem· que ambo promitit nobis Math· decimonono

omnis qui reliquerit patrem aut matrē ꝛc̄ · ſcʒ centuplū acci-
piet et vitaʒ eternā poſſidebit · Tanto enim affectu diligit nos
deus vt non ſit contentus poſt finē laboris copioſa nobis da
re p̄mia · ſed in via hac qua ambulamus d̓ primicijs celeſtium
bonoꝝ et ſtillicidijs quibus letabitur germinās nos infundit
vt cognito quā dulcis ē dn̄s viā dei delectabilius percurramus
Hijs quinqʒ modis mittit ſuper nos deus ſortem ſiue vocacōis
videat et intelligat quis conſenciat quis ſequatur · nec credat
homo amonicōes ſuas eſſe cogitacōes · omnes enim bone cogi
tacōes dei ſunt āmonicōes · mala vero cū cogitam⁹ noſtre ſunt
cogitacōes · ꝯ͂ illud math · xv · de corde exeūt cogitacōes male
adulteria ꝛc̄ · Vnde bern · Cū mala verſamus ī corde · noſtra co-
gitacio eſt cū vero bona dei ſermo eſt · illa ſcʒ mala cor noſtrum
dicit hec ſcʒ bona cor noſtrū audit · Hijs modis nitebatur dn̄s
iudā ad pn̄iaʒ reuocare · Primo p̄ criminis abiectōʒ · cū dixit iuda
oſculo filiū hoīs tradis · qd̓ cū nō aduerteret · ſecundo reuoca-
uit per pene cominacōʒ dicens Ve hoī p̄ quē filius hominis trade-
tur · et cum nec ſic pficeret · tercio addidit dulciū verboꝝ allo-
cucōʒ dicēs · Amice ad quid veniſti · et cū nec ſic audiret · quar
to ſubiunxit beneficioꝝ exhibicōēʒ qꝛ oſculatus eſt eū · quintū
ſcʒ p̄mij pmiſſionē nō addidit ſciens qꝛ obſtinatus iam factus
p̄mia nō curaret · tercio dicendū eſt de vocacōis recuſacōe ſiue
eius obaudicōe · Cum enim omnes vocentur et pauci veniāt
expedit · vt ponantur cauſe ꝓpter quas obaudiunt dn̄m ſic vo-
cantem · Sunt aūt nouem modi ꝓpt̓ quos vocati rēnuūt ꝯſenti
re · Primi eni deſperant ſicut cayn et iudas quos cū reuocaſſet
dn̄s querens in eis locū pn̄ie dixerūt maior eſt iniquitas mea
qꝛ vt veniam merear · Secundi vocati irrident ſicut de vocatis
p loth · gen̄ · xviij · dr̓ · Viſus eſt eis quaſi ludēs loqui · tercij cō
tempnūt ſicut pharao qui ſignis et miraculis vocatus recuſa-
uit dimittere ꝓplm̄ opponens ſe deo ſicut Exo · v · dr̓ · quarti per
occaſionē aliquā ſe excuſant ſicut ſaul qui preuaricacōʒ inobediē
aput ſamuelē excuſauit dicēs · j · reg · xv · Accepit ꝓplus de meli-
oribus armentis vt immolaret dn̄o ꝛc̄ · et ſicut illi euangelici qui
luc · xiiij · vocati excuſauerūt ſe dicentes Villā emi · quinqʒ iuga
boū emi · vxorē duxi · rogo te habe me excuſatū · quinti vocati ve-
nire differunt dicentes intra ſe ad huc iuuenis es multū ſuper-
eſt de tempe Ex quoꝝ pſona dr̓ ſap · ii · Venite fruamur bonis ī
iuuentute celeriter non pretereat nos flos tp̄is · quibus r̄ndet
dn̄s luc · xii · Vigilate quia neſcitis qua hora dominus veſter
ven · ſit · Sexti non veniunt detenti īmoderato timore vel amo-
re cogitantes intra ſe nō potes peccata dimittere · res iniuſtas

reſtituere · in rigore pn̄ie perſiſtere · Quibus reſpondet iob' vi· qui timet pruinam irruet ſup eum nix · Ac ſi dicat qui timet paruam penam irruet ſuper eum penalitas infernalis Septimi veniunt ſed inſufficient et diminute· vt qui apuncti aliqua emē tant et aliqua ad huc tenent vel qui venientes ad religionem affectū bonoꝝ diuiciaꝝ voluptatū que reliquerūt i ſeclo jtē poſt ſe trahunt vt pħiſei · de quibus dominꝰ dicit math·xiiii· ve vobis pħiſei qui ſimiles eſtis ſepulchris de albatis intꝰ aūt plena oſſibus mortuoꝝ· octaui aliqui veniunt ſed p apoſtaſiam reſiliunt ab incepto· quoꝝ magna eſt multitudo quia ad bonū ſtatum venientes poſtea vel attediati·vel laboribus fatigati· vel temptacōibus ſuperati· voluntate vel opere reſipiſcūt ſicut h y qui in deſerto celeſti pane depaſti attediati dixerūt Exod· xvi·vtinam eſſemus in egipto vbi ſedebamꝰ ſuper ollas carniū Et itē anima noſtra nauſeat ſup cibo illo leuiſſimo · nil reſpiciūt oculi noſtri niſi man·Noni vocati nō veniunt ponētes ſpē ſuā i penitenciā finalem · Dicunt enim deus eſt miſericors ad gemitū ignoſcens faciliter et ſic permanentes in pctīs deum i honorant vnde eum honorare merito debuerūt·quibus dicitur ecc·v·de ꝓpiciatu peccatoꝝ noli eſſe ſine metu·nec adicias peccatum ſuper peccatū·et ne dicas miſeracō domini magna eſt · multitudinis peccatoꝝ meoꝝ miſerebitur·vnde bernh·ſup illo verbo·nō ꝯgrega ꝯuenti eoꝝ de ſangvibꝰ ꝛc·dicit vt quid hoies in vita ſua diſſiſant agere penitenciā et de extrema ꝑſumunt ꝯfeſſione·Quō ſub vniꝰ hore ſpacio reuocari poſſe exiſtimāt oīa aīe mēbra· que per conſenſum et deſideria mala per totū mundū ſparſa ſunt et diſtracta nō dico ait dominꝰ quīn aliquos tales ſaluare potēs ſim·omnia in momento ictu oculi reuocare et per ſp̄m qui nō modo vbi vult· ſed quando vult ſpirat illam eis infundere penitenciam qͣ vix alii diuturno longi tempis exercicio conſecuntur queadmodū dedi latroni ſed dico vobis nō congrega conuenti ꝛc·i·nō magnas talium magnitudines ꝯgregabo · nam in omni ſcriptura canonica vnū tm̄ inuenies extrema preſencia ſaluatū · et hac hora dominice paſſionis· quando nō iueniebatur tāta fides i iſrl Hii ſunt ergo qui a deo miſericorditer vocati · venire contempnunt ex diuerſis ſe occōibus ſubducentes Ex quoꝝ tenuitate dominus motus iurauit in ira ſua·quia non intrabunt i requiē ſuā dicens lu·xiiii·Amen dico vobis qꝫ nemo viroꝝ illoꝝ qui vocati ſunt guſtabunt cenā meā A quo iuramento ꝛc·

Sequitur ſermo de eodem·

Sermo ſecundꝰ.

Ecidit ſoꝛs ſuper mathiam vt ſupꝛa dꝛ Sapiens ſalo=
mon ex perſona dei. Beatꝰ homo qui audit me et qui
vigilat ad foꝛes meas cotidie et obſeruat ad poſtes
hoſtii mei. In quibꝰ verbis ſecūdo loco poſitis itimiſ
ſima vis et ſubtiliſſima deſcribitur dei ꝯmonentis nos et ſoꝛtē
cōmonicōis ſue ſuper nos ꝓicientis obſeruacō qd̕ in his vide=
licet verbis ſcꝫ audit vigilat obſeruat lucide declaratur. qui. n.
hos tres cuſtodes ad hoſtiūc oꝛdis ſui poſuerit ſcꝫ audiām vi=
gilanciā obſeruāciā q̈tumcūqꝫ furtiue venerit nō poterit ignoꝛ
are. De qua diligenti cuſtodia dicit bernhardꝰ. deus veniens
ad nos nō facile obſeruatur vnde veniat et quo vadat et iſtud
foꝛte ſine dampno ſalutis neſciri licꝫ. ceterū quādo veniat aut
quando uadat id plane ꝑiculoſiſſime ignoꝛatur. Cū enim hee
circa nos diſpenſatoꝛie ſancti ſpūs uiciſſitudines uigilantiſſi=
me nō obſeruantur. fit ut nec abſentē deſideras nec preſentē
gloꝛifices. nempe qui idcirco recedit ut auidius queratur. quo
nā modo ſi ab eſſe neſcitur requiritur. et qui dignanter adhoc
redit ut conſoletur qualiter digne ꝓſua maieſtate ſuſcipitur. ſi
nec ad eſſe ſentitur. hīc eſt qꝛ hii qui ſoꝛtē uocantis dei cōtem
ſerūt ideo dampādi ſunt qꝛ nec pñciā. nec abſenciā curauerūt
ꝓpter quē contemptū cenā domini ut iurauit non guſtabunt a
uertens ſe ab illis tamq̈ꝫ repꝛobatis et conuertens ſe ad electōs
ſoꝛtē ſue uocacōis ꝓiciēs ſuꝑ illos qui pulſantē ut audierint in
tromittunt Sic qꝫ contingit ut uno eodē qꝫ dulciſſimo manante
alii reficiantur alii indurantur et alii ſtrangulentur et alii emē=
dentur ſicut de ſole uno et eodē alie res molleſcunt. ut cera et
alie īdureſcunt et lutum. Sicut igitur iam pulſans a repꝛobis
nō auditur ſic et ipī pulſantes ſimiliter non audiuntur dicetqꝫ
eis Amen dico uobis neſcio uos Intromiſſus autē ab electis ſta
tim imedie terre ſalutē incipit opari ut fiat qd̕ ſcriptū eſt ecc.
In diſtributione ſoꝛtis da et icipe hoc ē da conſenſum et accipe
graciam. nam ex grā adiuuante. et conſenſu noſtꝛo inclinante
ꝑficitur ſalus noſtꝛa. et hoc eſt qd̕ dꝛ apoc. Ego ſto ad hoſtiū
et pulſo ſi quis mihi apperuerit intrabo et cenabo cum eo. In
quibus uerbis p̄dicta duo tanguntur ſcꝫ gracia pulſans et con
ſenſus apperiens Cū ergo occurꝛimus deo ſiue ſoꝛtem mitten
ti ſiue pulſanti qd̕ unū eſt dātes ſibi conſenſum noſtrū et dicē
tes cum pſal. Iuraui et ſtatui cuſtodire iudicia iuſticie tue ſine
medio intrat in hoſpiciū coꝛdis noſtri habitans per fidem in=
coꝛdibus noſtris Iuxta illud ſapiencie octauo Intraui in domū
meam conquieſcā cum illa ſcꝫ anima tāq̈ꝫ cū ſponſa et ſequitur.

Non enim habet amaritudinē conuerſacio illius · nec triſticiam c
uictus illius ſed leticiam et gaudium · licet tamē omnes equaliter
ideſt equali gratia nō inhabitent · An videtur tibi equaliť in eſſe
ei qui dicebat Si venerit ad me non videbo eū ſi abierit non ī
telligā · Job · viii · et ei qui dixit · Cū in hebreo tibi exomi me nuſ
q̄ erit mihi dolor et labor et viua erit aīa mea tota plena te ·
An videtur tibi equaliť · i · equali grā in eſſe ei quē p ſolam fidē
inhabitat et ei qui dixit · bern · viuū et efficax eſt verbum dei
mox ut meꝰ venit exꝫ geſcerit dormitātem animam meam cepit
euellere et deſtruere edificare et plantare ꝛc̄ · vnde ſicut iheſus
criſtus primū natus poſitus eſt in p̄ſepio pānicuſis inuolutus
ſic primū ſpiritualiť natus in nobis habetur quaſi quodammō
inuolutus et hec figuratum legimus ī euangelio · vbi dr̄ · q̄ a
liqn̄ occulte erat in tēplo alīn aūt manifeſte · vnd̄ bern · de eius
inuolucione ſic dicit · Cor in pectore anima in corde mens ī aīa
fides in mente criſtus in fide · vero autem deum in p̄ſepio cor
dis noſtri inuolutum qn̄ per fidem habitat in nobis et nulla
ad huc ī caleſcente deuocōe ſentitur · cum aūt homo bonis opi
bus et virtutibus diu exercitatus interdū ſentit in corde ſuo
vehementem ignem caritatis quā aliis vicibus nequaquam ſen
tit tūc dr̄ habitare in cordibus noſtris nō ſolum p fidem inuolu
tꝰ ſed p ſenſibilem grām quaſi denudatus · De hac duplici in
habitacōe dicit · bern har · Deus et ſi iuſtis non d̄ſit ad meritū
plerum q̄ tamen abeſt ad ſolaciū · illud vtiliꝰ · illud autē iocun
dius habetur itaque et latet dum ſenſum cordis minime tangit
illa ſuauitas habita · ſed abdita · deꝰ ergo p conſenſus inclina
cionem intromiſſus in animam noſtram ambulando id eſt pro
ficiendo in nobis quinq̄ paſſibus tāquam quinq̄ profectibus nos
promouet vſque ad perfectū proficiens vitam noſtrā · Primo · n ·
cōſcienciam purificat penitenciam infundendo · Secundo men
tem fortificat reſiſtenciam conferendo · Tertio bona opera mul
tiplicat nobiſcum efficaciter operando · quarto virtutes edi
ficat animam decorando · quinto nos ſanctificat · ſiue per fe
ctificat deuocionem noſtram diuinitus aſpirando et in hys ·
quinq̄ perficitur vita noſtra · primo dico conſciēciā purificat a
pctīs ſed penitenciā in fundendo eo q̄ nulla couueniēcia nec co
manſio poteſt eſſe lucis ad tenebras · Nam que cōmcacō diuine
maieſtatis et iniquitatis · Sed ſtatī vt ingreſſus fuerit p radios
ſue veritatis irrumpit in tenebras diſſolués elimans et diſ
ſipās ī momēto ictu oculi quicquit inuenerit feditatis qd̄ ſic cōti
git Nā p lumē ſue pñie n̄ p̄t aīa mala que cōmiſit ignorare ſꝫ ſtati
vt cognita fuerint diſplicent vehementer · qui autem diſplicent

penitet omiſiſſe · Ex dei ergo preſencia ſurgit anime cognicio· Ex cognicōe aut̄ procedit diſplicencia Ex illa vero ſurgit pnīa· ad quā vt ait criſoſt· ſine omni interuallo ſequitur idulgencia peccatoꝝ· nō em̄ continere ſe poterit illa benigna dulcedo et dulcis benignitas que eſt in viſceribus mīe dei noſtri· cū ex corde nos penitere et dolere cognoſcit· ſed ad gemicū offenſam in ſe comiſſam miſericorditer idulgebit· Sed quid ꝓdeſt penitere de culpa ſi nō detur grā amō continendi· laui pedes meos ait illa in can· quō iterum inquinabo illos· Secundo fortificat mentē reſiſtenciā conferendo· quid enim ꝓdeſſet prima gracia ſcilicȝ remiſſio peccatoꝝ· ſi nō ſubrogatur virtus et grā continendi· Fieret ſine dubio nouiſſim9 error peior priori· et recedenti ſēm aliqd̄ peius fieret q̄ȝ iacenti Et quia hec grā ex ꝑte a nobis eſt vt videlicet omnē occōnē recidendi penitus ſubtraham9· ideo conſulitur nobis ecc· iiii· Si ſpūs ꝑtātē habētis aſcenderit ſuꝑ te locū tuū ne dimiſeris· Ac ſi dicat· Si temptacō valida te inuaſerit ſta ītimore ne conſenſeris eligens magis vri q̄ȝ mori Efficacior aūt et caucior reſiſtencia hec eſt vt cuilibet īpugnacōi in principio reſiſtam9 vt vicia īpugnancia dicere nobis poſſint ex ꝑſona philiſtīoꝝ illud· ·re· quō meli9 poterit placare dominū ſuū q̄ȝ in capitib9 noſtris · qui vicia ī modū ſerpenciū ſe habent · qui vbicūqȝ caput īmiſerit facilime ſubſequitur totum totū corp9· vnde poeta Principiis obſta ſero medicina paratur Cū mala ꝑ longas conualuere moras quia valde fedum eſt· et indecens corā deo ſi quis ꝑ graciā a peccatis iā mundatus ad eadem iam redeat iterū ſe deformās· ꝓpter qd̄ tales duob9 immundiſſimis rebus cōparantur · ſcilicȝ cani reuertenti ad vomitū et ſui luto ī volute Hinc ꝓuer· xxvi· Sicut canis qui reuertitur ad vomitū ſic īprudēs qui iterat ſtulticiā ſuā Itē· ii· pe· ii· Contigit autem illud veri ꝓuerbiū· Canis reuerſus ad vomitum ſuū Et ſus lota ī volutabro luti Hinc bernhard9· ſi dixerit mihi iheſus· dimittuntur tibi peccata tua· niſi ego peccare deſiero quid proderit· Exuo tunicam meā· ſi reinduo quantum profeci ſordens omni genere vicioꝝ diu iacui in luto fecis· ſed erit ſine dubio recidenti quaȝ iacenti deteri9· deniqȝ qui me ſanum fecit ipm̄ mihi dixiſſe recordor Ecce ſan9 fact9 es vade iam amplius noli peccare ne deteri9 tibi aliqd̄ contingat· Tercio de9 habitans in corde noſtro bona opa multiplicat nobiſcū cooperando nam ſi ſoli nos ipſa fecerim9 nihil nobis proderunt ad ſalutem ſed valor et acceptabilitas eorum cooperante ſpiritu eſtiatur· qui videlicet ſpiritus vt grata ſint deo patri· Format ipē eadē opera noſtra ad exemplar operū domini noſtri iheſu criſti ·

opa aūt xp̄i quinqꝫ ſignis ꝑfectiſſima ꝯꝓbantur ī quibus quan
tū ip̄m ꝑmitabimur·i tantū erunt etiā ꝑfecta opa noſtra Ha=
bebant enim opa iħu xp̄i difficultatē· ꝓmptā voluntatē ferue
tem caritatē·et ꝑſeuerancie longanimitatē oīa nō ad ſuā ſꝫ ad
noſtrā faciēs vtilitatē·Nā d̄ primo ſcꝫ opū difficultate dicitur
mar·Cepit ihesus pauere et tedere et meſt9 eſſe i agonia di·
triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortē·Item io'his factus ē ſudor
ei9 velud gutte ſangvis de currentis in terrā qd̄ reuera ex diffi
cultate p̄cepte mortis factū fuit et ex ymaginacōe crudeliſſi
me paſſionis·Scd̄o ex ꝓmtiſſima volūtate fecit opa ſua luc·xxii
Deſiderio deſideraui hoc paſca manducare vobiſcū Item heb·
xii· per pacieuciā curram9 ꝓpoſitū nobis certamen īſpicientes
ī auctorē fidei et ꝯſumatorē ihesum qui ꝓpoſito ſibi gaudio ſu
ſcipit crucē ꝯfuſione ꝯtempta·Tercio ex maxima caritate fecit
opa ſua dicens ioħ · Maiorē caritatē nemo habet vt animā ſuā
ponat quis ꝓ amicis ſuis· quarto in ꝑfectiſſima perſeuerancia
opa dn̄i ſunt ꝯpleta·Vnde emittens ſpm̄ dixit ꝯſumatum eſt·
Quinto in oīb9 hys operabatur nō qd̄ ſibi vtile fuit· ſed qd̄ no
bis nihil em̄ ex omnibus hys que opabatur ſibi accreuit · ſed
noſtrā i omnib9 ꝓmouit vtilitatē In hys quīqꝫ dn̄s ihesus ex
iſtens in hoc mundo opa ſua ꝑfecit et ꝯpleuit In eiſdem etiā
ſpūs ihesu i minori mundo·i·ī nobis exiſtens ad exemplar pri=
oris operum ſpiritualiter operatur niſi obſtacula ponēdo ſan=
cto ſpūi reſiſtamus·qd̄ ne faciamus dicit nobis de9 exod· In
ſpice et fac ſecundū exemplar qd̄ tibi mōſtratum eſt ꝛc·et illud
judicū·vii·qd̄ me videtis facere omnes facite Si ergo volum9
efficaciter opari opemur difficilia et cū hoc ſint volūtaria fer=
uida cū ꝑſeuerancia·et in hys oībus nō noſtram·ſed dei quera
mus gloriā et ſic efficaciter opamur· quarto deus habitans in
nobis vlterius ꝓgreditur plantans et edifficans in nobis vir
tutes nihil enī omnia p̄dicta placerent deo ſi nō eſſent virtuti=
bus adornata ſic enim dicit bernhardus· qui dominus virtu=
tum dicitur nequaq̄ thalamū mentis ingreditur ſi non fuerit
lectulus conſciencie virtutibus adornatus et ſubiungit· quan=
tumcūqꝫ te afflictes · quantūcumqꝫ te crucies non ſui copiam
tibi tribuit niſi fueris virtutibus decoratus Suppoſitis autem
virtutibus theoloicis· ſcilicet fide· ſpe·et caritate que oī hoī
ſunt neceſſarie ad ſalutem ſine quibus impoſſibile eſt placere
deo·Studendum eſt alys tribus que ad ſpiritus ſancti manſi
onem in nobis pre ceteris deo placent· ſcilicet noſmetip̄os iu=
dicare·miſericordiam amare·ſollicite ambulare·et hec ſunt vir
tutes de quibus dicitur per miche·ſexto · Indicabo tibi homo

quid ſit tibi bonū et quid dñꝰ requirat a te vtiq; facere iudiciū
et diligere miſericordiā· et ſollicitū ambulare cū dño deo tuo
Primū exhibendū eſt nobis· ſcdm ꝓxio· terciū deo· qui aūt in
ſe in ꝓxio et in deo facit qd debet· hic pfectus ē vir et beatꝰ
erit in facto ſuo· Primo ergo inſtauremus iudiciū contra noſ
metipſos de oībus cogitacōībus affcōnibus locucōībus opacō
nibus nos ſubtiliſſime diiudicantes· nec aliquid iſtoꝝ nos trā
ſeat· qd nō diſcuciatur· et diiudicetur· et ſi quid īuentū fuerit
qd nō liceat· deceat vel expediat puniatur et reliquū caueatur
Tale iudiciū ſupra modū placet· et placat deū et ꝑpat locum
domino pſ· teſtante· Iuſticia et iudiciū ꝑparacō ſedis tue· bern·
Diligit deus animam· que in cōſpectu eius ſine intermiſſione ſi
ne diſſimulacōe· diiudicat ſemetipſm· ideoq; iudiciū nō niſi ꝓpter
nos a nobis exigigit· q2 ſi noſmetipſos diiudicauerimus nō vti
q; iudicabimur· qd dñs mouere ſtuduit cū dixit· Cū feceritis
que ꝑcepta ſunt vobis dicite· ſerui in vtiles ſumus qd debuimꝰ
facere fecimus· Scdo habeamus miſericordiā ad ꝓximos oīa
eoꝝ facta miſericorditer iudicantes bona eoꝝ facta magnificā
tes et mala fideliter excuſantes· hinc bern· Caue ſerue dī alie=
ne conuerſacionis eſſe aut curioſus explorator· aut temerarius
iudex ꝑpā actū dꝑhendēs nec ſic iudices ꝓximū eciā ſi magis
aūt excuſa intencōm ſi opus non potes· puta ignoranciā· puta
caſum· puta ſubrepcōz· q2 ſi omnē oīo diſſimulacōz rei certitu=
do recuſat ſuade nihilominus tibi dicito aput te vehemens
nimis fuit iſta temptacō· quid de me illa feciſſet· ſi accepiſſet ī
me ſimiliter ꝑtātez Tercio ambulandū eſt ſollicite corā deo qui
tanta ſollicitudine nos et oīa opa noſtra intuetur· vt etiā di=
nūeret greſſus noſtros job· tu quidem greſſus meos dinumer=
aſti et illud pſa· omnes vias meas ꝑuidiſti· quā ſollicitudinem
tunc cōpetenter corā deo gerimus ſi omni cautela et oī diligen
cia caueamꝰ diſplicenciā et placenciā īgeramus Hoc deus ha=
bitans ī nobis omnē vitam noſtrā ſanctificat interiora noſtra
diuinitus inſpirando· qd cōtingit cū ꝓpriora exercicia bn̄ hūili
tati· diſpoſiti et ꝑpati ſentimus in nobis flagrantē ignem cari
tatis· qui ex ſuperhabundanti copia oīm graciarum in nobis
cōflatur copioſas bn̄dictōes ſecū ferens Sic eñ dicitur gene· ex
perſona dei venientis ad animā modicum habuiſti antequam
venirem ad te· nunc autem benedixit tibi deus ad introitum
mediū· hinc deut· Ipſe venit plenus bn̄dictōībus· nāp in ha
bitantem deū in cordibus noſtris· dicitur nobis iterum deut·
Benedictus eris īgrediens et egrediens bn̄dicetq; tibi dñs ī cū
ctis opibꝰ tuis· Ex hijs benedictōībus ſtm tres breuiē noiemꝰ

Veniens enim ad animã tres bñdicões pceteris ſecũ fert ſcilꝫ bñdicõꝫ mutacõis augmentacõis ſanctificacõis· Primo dico au fert ſecũ bñdicõꝫ mutacõis · mutãs maledicõꝫ veteris hõis ĩ bñ dicõem· nã anteqꝫ dominꝰ veniret ad nos ſubiacuimꝰ maledicõi illi qua dr· Maledicti qui declinant a mandatis tuis et illi qua dr Maledictꝰ qui ſeruit in dignis ſe· et qr ſeruiuimꝰ mancipio corpis· noſtri· qđ reuera m dignius et ignobilius eſt qꝫ nos et p dſequens diabolo et pctõ· de quo dr· qui facit peccatũ huꝰ eſt peccati· iõ ex hiis oĩbus fuimꝰ maledicti et hec maledicõ d mutata eſt ĩn benedicõꝫ ex cuiꝰ virtute oĩa mõ nobis coopant tur in bonũ· Scđo aportat ſecũ benedicõꝫ augmentacõis cumu lans ſup nos ĩcrementa meritoꝝ et dicẽs nobis illud geneſi·i· Benedixit deus illis et ait Creſcite et multiplicamĩ et repleте terrã At ſi benedicẽs nobis dicat· Creſcite ĩ meritis et replete terrã corpis veſtri virtutes et merita cumulantes Tercio bene dicit nobis benedicõe ſanctificacõis· qr ex eius ĩn habitacione ĩnt ꝰ et extra ſanctificamur· de qua dicit pſa· Hic accipiet bene dicõeꝫ a domino et miſericordiam a deo ſalutari ſuo hoc totum operante ĩn uobis domino noſtro iheſu xpo ꝛc·

## Sermo de ſancto Gregorio·

Egociamini dũ venio dicit bern · Secure negocia boꝛ pcipiente domino meo· nam· n· puũ mihi fiducie ro bur preſtat qr ille ſumus jmpator factus eſt negocia tor meus et negocium meũ ſine ocõ egit qꝫ diu fuit in terris· Quia glorioſus iſte princeps beatus gre· Inter ſupmos negociatores fidelis et prudens exiſtit negociator· vt nõ ſolũ in tempe ſuo hoc eſt in vita ſua verbo et exemplo negocia do mini ſui fideliter perageret· ſed vſqꝫ in preſens tempus· jmmo vſqꝫ in diem nouiſſimũ ſcriptis ſuis dulciſſimis dei eccleſiam e dificet ad edificacõꝫ tabernaculi qđ ẽ eccleſia cõportans auꝝ et lapides precioſos· ita vt de illo veracitᷣ dici poſſit illud zach xiiii· non erit mercator vltra in domo dei ſubaudit ſimilis illi ĩ doctrina moralitatis· et hic de laude dei breuiter tacta ſuffici unt quia ut ait ambro · Eius laudi aliquid addidiſſe de cerpe eſt Ipe eſt enim đ quo veraciter dictũ eſt Euge ſerue bone et fidelis· quia ſuper pauca fuiſti fidelis· ſupra multa te conſti tuam quia in uentum eſt cor eius fidele· ſicut dicitur esdre· nunc conuertamus negociacionem ad nos metipõs· eo qr etiam nobis dictum ſit verbum propoſitum · ſcilicet negociamini dum venio et negociemur in ſpiritu interioris hominis noſtri·

eo q̄ illa negociacō melioꝛ ſit negcciacione auri et aꝛgenti ſicut
ſicut dꝛ ꝓuer·iii· Verū qꝛ illa loca apta ſunt ad lucꝛandū vbi
nō longe abinuicem ſunt loca multa foꝛenſia et multe nūdine
in vicino eo q̄ meꝛcatoꝛes ſua mercimonia ad eadē loca vicina
pn̄t faciliter trāſpoꝛtare ideo volētes mercari et negociari qd̓
ieternū expediat ingꝛediamur interioꝛa noſtꝛa· colligentes ſar
ciunculas noſtras·i·itellectū et affectū·et mentaliter diſcurꝛa
m⁹ ad loca vicina·que et ſi longe diſtare aliqua videantur· vt
pote celū et infernus ſpūi tn̄ ꝓxima ſunt et mente velociter oīa
ꝑcurꝛere poſſumus ſine quouis obſtaculo retardante quia in
imagine velociter curꝛit hō· vt in ictu oculi ꝑtranſeat multa lo
ca· Pꝛimo ergo collectis ſarciunculis noſtris itellectu et affe
ctu curꝛa⁹ itꝛoꝛſum ad nūdias· Pꝛimo ad negociacōes et mer
cimonia peccatoꝝ· ſecundo ad nundinas defectuū noſtꝛoꝝ
tercio ad conſideracōꝫ beneficioꝝ· quarto ad nūdinas iferioꝝ
quinto ad foꝝ regni celoꝝ· ſexto ad vanitatem mundanoꝛū
ſeptio negociemur aliquid aput deū deoꝝ· Hec ꝓſequentes
ꝑ oꝛdinem· pꝛimo negociemur circa materiā peccatoꝛū noſtro
ꝛū ponderantes menſurantes numerantes magnitudinē longi
tudinē et multitudinē peccatoꝝ In his nūdiis tam diu nos ex
ercentes quouſqꝫ lucꝛemur merces cibus mundi diuiciis meli=
oꝛes· qd̓ eſt pn̄ia ſalutaris· Nam i ponderibus et menſuris da=
tur et accipitur aliquid ſic et nos demus pondera peccatoꝛum
et accipiam⁹ pn̄iaꝫ que ꝯmutatio nobis erit vtilioꝛ q̄ oīs mū
di diuicias acquiſiuiſſe· et hoc eſt pꝛimū lucrū qd̓ in hoc pꝛimo
ꝯmercio lucramur· ſine quo nullū lucrū i reliquis conſequamur
q̄ ſi hoc lucrū ſcꝫ pn̄iaꝫ iterū ad aliud lucrandū ſicut pruden=
tes mercatores faciunt vlteri⁹ exponim⁹ conſequimur pro illo
theſaurū iterū meliorē remiſſionē videlicet peccatoꝛū· Hec eīn
ſe conſecuntur adinuicem· vt pro fideli ponderacōe peccatorum
detur penitencia· et ꝑ vera penitēcia accipiatur remiſſio pec=
catorum· hinc bern· ad veram ꝯgnicōꝫ peccatorū immediate ſe
quitur penitencia ad quā ſine vllo interuallo ſubiūgitur remiſ
ſio· nam qui vere cōgnoſcit malū qd̓ ex pctō icurrim⁹· a peniten
cia ſe nō poterit continere multominꝰ deꝰ cui ꝓpꝛiū eſt miſerere
et ꝑcere a remiſſione ſe continet vbi vidit penitenciā verā eſſe
hic ergo magno lucro cōſecuto ad alias nūdias ꝓpere⁹· Scd̓o
ergo currā⁹ ad nūdias d̓fectuū noſtrorū· hec· n· mercacio ime
diate ſequitur ad ꝯ̄dictāꝫ· hō· n· ſenciēs ſe ꝑ alleuiacōꝫ conſcie
et ꝑ atteſtacōꝫ ſ· ſ· remiſſiōis grāꝫ cōſecutū mutata d̓uocōe acci
git ſe ad grās referēdas· ſꝫ ecce aſſunt qui nos ipediūt d̓fctūs
nri et reliquie peccatorum inquietantes nos et ipedientes·

nē ad gracias referendas caput erigere valeamus· Et tunc pri
mū icipit appere noſtri negocꝫ difficultas Cū enim ex prima
gracia creſcit voluntas vt pmpta ſit ad faciendū· qđ nouit pla
citū eſſe deo· et ipi defectus adhuc crudi ex vulneribus nouit
ſanatis īpediūt bonā voluntatē· et fit dolor ſup dolorē· anxie
tas multa nimis· lugens plus defectus· qq̄ȝ prius ipa pctā· et
hec eſt q̄ȝ dicit bernhardus· Benignus dominus non pmittit
electū ſuum in principio temptari ſupra illud qđ poteſt· Vnđ
fit vt nec dampni quantitas· nec recupandi difficultas quan
ta eſt īnoteſcat· ſed poſtea innoteſcit aliqualiter· niſi difficul
tas· et fruſtra ſperata facilitas euāeſcit In hoc ergo foro ſi tn̄
his nūdinis fideliter intenti fuerimus mercabimur lucꝝ bonū
et vtile· qđ ī theſauris ſpūalibus nō mediocriter eniteſcit· et hoc
eſt hūilitas que p̄ceteris virtutibꝰ placet deo· que ſup omnes
mundi diuicias diciorē facit hoīem et eſſe graciorē aput deum
de cuius gratitudine· dicit dn̄s p iſ· Ad quē reſpiciā niſi ad
humilē et quietū et trementē verba mea· hinc bernh· Inſipiēs
et inſanus ē quicūqȝ in ſapiencia vel in aliis quibꝰcūqȝ vite me
ritis· q̄ȝ in ſola hūilitate ɔfidit Sopitis ergo et aliquantulum
mitigatis defectibus noſtris · tercio diſcurramus ad nūdinas
beneficiorꝫ dei· eſtimantes· quis· qualia· quanta· beneficia no
bis dedit et inuenimus q̄ȝ indebita miſeracō q̄ȝ gratuita dig
nacō quā ſtupenda dulcedo inclinauit deū vt noſtri mēmoriā
taliter haberet· Quis enim eſt iſte benefactor reuera deus cꝰ
magnitudinis nō eſt finis· qui bonorꝫ noſtrorꝫ nō indiget Suf
ficiens ſibi· et tamen cor ſuū dulcit̄ poſuit ſuper nos miſeros et
indignos· Ac ſi ex gracia noſtri dependeat omne bonū ſuum·
qualia aūt et quanta beneficia nobis ɔtulerit· Sciendū q̄ȝ ɔtu
lit nobis optima queqȝ· quid enim meliꝰ homine glorificato·
quid meliꝰ celo tāto hoſpite ſanctis et angelis illuſtrato· quid
melius deo cum omnibꝰ optimis ſuis nobis īperpetuum cōmu
nicat· De quibus optimis dicitur· j· reg· ix· Cuius erant op
tima queqȝ in iſrl̄· et ſubiungitur Nōne tibi· Item deut· xxviii·
Apiet dominꝰ theſaurꝫ ſuū optimū celū· quanta aūt contulerit
nobis dico q̄ȝ omnia nihil ex omnibus ſibi reſeruans· Hinc pſ·
omnia ſubiecisti ſub pedibus eius· Item apoſtol· omnia apt̄ el
ectos· Ex hiis nundinis ſi tamen p̄cioſa queqȝ eius nō diſſimu
labimus nobiliſſimā margaritā mercabimur q̄ȝ dicimus carita
tem nihil enim tam facile inclinat hominē ad diligendū ſicut
beneficia largitoris Hinc aug· ad dei dilectōȝ in nobis excitan
dam· nutriendā· augmentādā· nihil ita valet ſicut beneficiorꝫ
eius frequens et diligens recordatio· quarto aggredere et in

gredere regionem diſſimilitudinis mundū ſcʒ iſtum et vide q̄
frequentes ſint ibi nūdine q̄re geriment et regeriment na-
uigantes. Vade ſic ꝑforenſes tumultus et hinc inde de certan
tes circumſpice et quantū colligo in tribus cauſis natat omnis
voluptas Alij em̄ diuicijs. alij carnis delicijs. alie glorie init-
tuntur Nam de diuicijs dicit bern. Curris ad indiam. ethiopiā
circuis tranſis maria. et aliū tibi orbem ꝑpris nauigando vt di
uicias aggreges fugis priam ignoras filios diuelleris ab vxore
et oim̄ neceſſitudinū oblitus queris vt acquiras vt ꝑdas. ꝑdis
vt doleas. et hic ꝑdiuicijs. Audi breuiter de honoribus dicē
te ꝯſtituerūt et data eſt tibi facultas vt miſer ſis et amplius n̄
quieſcas cumulantur materia ſollicitudinum. Nūquid ī honore
ſine dolore In ꝑlacōe ſine tribulacōe in ſublimitate ſine vāitate
eſſe quis poterit. ſi ergo queris gloriā. oībus inuidie ſemia p̄bui
ſti ī dē iudiciū ē d̓ carnis delicijs In breui trāſit voluptas ipa
et infectā fetidāqʒ ifelicē relinquit memoriā. Contēpne igitur
hec oīa. et de his oībus nundīs lucrare nūmum ſcʒ contemptū
mūdi qui plus confert vtilitatis. quā mundi machina vniuerſa
Quinto curre ad nundinas īfernales. quas itē deſcribit bern.
ſic dicens Illa regio dura regio timeſcēda. loc9 afflictōis. t̄ra
obliuionis. t̄ra miſeriaꝝ terra turbinis et caliginis. t̄ra maledi-
ctionis et mortis In qua nullus ordo. ſed ſempiternus horror
īhabitat Totus tremo ad frigus illud horrendū ibi fetor ītol
lerabilis. ibi ꝑcucientes mallei reſonāt inceſſanter ibi confuſe te
nebre cumulacius denſentur ibi confuſio peccatoꝝ horribilis
facies demonū ibi flet9 et ſtridor denciū ibi eſt penaꝝ diuer
ſitas. acerbitas eternitas curre ꝑ has cumulantes nūdinas et
ne moriens viuens deſcendas ī infernū lucrare ex hijs omnib9
odiū peccati dicens in corde tuo. melius eſt carere p̄ntibus vo
luptatibus quā ī ſempiternū ſubiacere illis cruciatibus. Sexto
currendū eſt ad nūdinas regni celoꝝ. ad regionē glorioſam.
qʒ ibi vniti deo erimus glorioſi nimis valde de qua gloria di.
dominus ꝑ iſ. xlix. Erunt reges nutricii tui et regine nutrices
tue vultu in terra demiſſo adorabunt te et puluerē pedū tuoꝝ
lingent et ſcies qʒ ego domin9 ſuper quo non ꝯfundētur qui ex
pectant eū. Secundo ipa etiā eſt regio gaudioſa qʒ tot ſunt ibi
gaudia quot ſunt ibi ſancti et angeli cōgregati. de quo dicitur
iſ. lxv. gaudebitis et exultabitis vſqʒ in ſempiternū. de hac leti
cia dicit bern. Si haberes aliquē quē ſicut teipm̄ amares d̓ ei9
bono ſicut de ꝓprio gauderes haberes ergo gaudiū duplicatū
Si mihi duos vel tres vel plures tibi pares ī amore poſſideres
et eos ſimili felicitate ꝯſpicuos cerneres nūquid ꝑ eoꝝ leticia

ĩn te multiplicaretur gaudij magnitudo · p̄t ne ergo illius gau-
dij mod⁹ a quoq̄ hoīe penetrari cū vltra mille milia et decies
centena milia inumerales ſint · et omnes btitudine eadē ꝑfrua-
tur nec vllus eoꝝ ſit qui nō tm̄ de bono alterius gaudeat quan-
tū de ꝓprio que ciā nimis habēt reſpctū eius quem ſupra ſe vi-
dent quē cum videm⁹ nos amātes longe amplius q̄ȝ nos ipſi
nos amemus · jdeo gaudebimus de ſua gloria multū nimis val-
de Tercio conſideremus qꝛ regio iſta eſt voluptuoſa de cui⁹ d-
licijs dicitur in pſ · Inebriabuntur ab ub · do · tu · et tor · vo · t · p ·
eos Iuſte aīt noīe torrentis celeſtes delicie nūcupantur quia
ſicut torrēs ex multis riuulis confluentibus facit īvndacionē
ſic celeſtes delicie ex deo et ſanctis omnibus et angelis ĩn nos
fluūt nec ſolū ex cibus ĩn nos fluūt ſed ĩn nos totos · Alioquin
quō erit deus ōia in oībus · ſi ī hoīe de hoīe aliquid remanebit
hec ergo ſi fideliter ꝑſpecta fuerint mercabimur īde lucrū glo-
rioſum · lucꝝ vtile videlicȝ deſideriū ſupnoꝝ · quo adepto nihil
amplius libet · cupientes diſſolui et eſſe cū xp̄o Septimo cur-
rēdū eſt ad ī ūomas cibus meliores quas deus poſſidet ĩn ſeipo
de quo · et ſi nihil dici poterit dignū · eo q̄ȝ lucē habitat īacceſſi-
bilem · et ideo hec eius ſciā exupat omnē ſenſum aliquid d̓ his
que ſub ip̄o ſunt balbuciendo loquamur qꝛ ip̄a ſunt que ĩn tp̄e
viſitacōis · vt ait iſ · replent tempus · i · animā ꝯtemplatiuoꝝ nō
enim ip̄e videtur qꝛ vt ait ioħ · deū nemo vidit vnq̄ȝ · ſed que
ſub ip̄o ſunt vtcūqȝ ab aīa ſenciuntur et hoc eſt qd̓ ait gꝛ · Aīa
ſpūs ſancti grā afflata · ꝑ figuras quaſdam deū videt · ſed ad
ip̄am vim eius eſſencie nō ptingit · de his ergo que ſub ip̄o ſunt
tria contemplemur et ꝯtemplando rimemur · ſcȝ iudicioꝝ ꝓfū-
ditatē dulcedis bonitatē maieſtatis ſublimitatē ī quoꝝ con-
templacōe ſi tm̄ ꝓfecerimus vt affect⁹ noſter hereat et ſecun-
dū ea diuinitus affletur et afficiatur tria lucra īnde reꝑtabim⁹
cib⁹ mūdi diuicijs meliora ſcȝ pauorē · dulcorē · ſtuporē · jta vt
hec ſingula de ſingulis illis ſurgant Nā pauorē de iudiciorum
ꝓfunditate · dulcorē de dulcedinis bonitate ſtuporē de maie-
ſtatis ſublimitate reꝑtam⁹ ꝯtēplādo In prima ꝯtemplacione
ſtetit pſ · cū dicebat iudicia dei abiſſus multa · o quanto pauo-
re paulus ꝓſtratus extitit cū tremens ac pauens dixit ro · xi ·
o altitudo diuiciaꝝ ſapīe et ſcīe dei quā inꝯp̄henſibilia ſunt
iudicia eius et ĩn veſtigabiles vie eius In ſecunda ſtetit pſ · cū
dixit · quā magna multitudo dulcedinis tue domine et cetera ·
Item ſapiencie duodecimo · o quam bonus et ſuauis ē domine
ſpiritus tuus ĩn nobis · de ambobus aut idem dicit ĩn eodem ·
Vide bonitatem et ſeueritatē dei ĩn eos quidem qui ceciderūt

ſeueritatē· in te aūt bonitatem ſi tamē p māſeris in bonitate· alioquin et tu excideris · De tercio ſcʒ ſtupore maieſtatis dı̄cit bern· pcipua et maxima contemplō eſt āmiracō maieſtatis Hoc requirit cor purgatū a vicǯs liberatū atqʒ exoneratū a peccatis ut ſe facile poſſit ad ſupna leuare ut interdū per aliquas morulas ſtupore et extaſi ſuſpenſum teneat āmirantem de qua etiaʒ dicit gre· Tunc dei maxime maieſtatem merearmur cum in ꝯtemplacōne eius obſtupeſcendo obmuteſcimꝰ plus muſitare cupientes· q̄ȝ verbis exprimere valeamꝰ nō inuenientes verba ydonea ad tā ſublimia exprimenda· hoc agente ihū xpo ꝛc·

## Sermo ſecundus De eodem·

Accipite diſciplinā p ſermones meos et pderit vobis ſap· vi· dicit grego· De quo nobis eſt ſermo Si mētis et corpis euagacio p diſcipline cenſuram ꝯpeſcitur · tūc ſpūale edificiū ad deū erigitur· Nā quo diſciplinata mens extra ſe euagari ꝯpeſcitur· eo ſupra ſe ſurgere ꝯpellitur quia et ī altū arbor creſcere nō poterit que p ramos ſe diffundere nō phibetur que ſi primo inferius conſtringitur in altum ire ꝯpellitur Sic et cū riuos fonciū obſtruimus fluenta cōtra ſuam naturam ſurſum fluere ꝯpellūtur· ſic ſi p diſcipline cēſurā inferius coartamur ſurſum ad deū facilit̄ eleuamur· dicit ergo beatꝰ gre· qui de diſciplina moꝝ et virtutū ſuper omnes doctores diſſeruit· Accipite diſciplinā p ſermones meos editā et pderit vobis· In quibus verbis duo facit· Primo enim ꝑponit ſuā exhortacionē Secūdo exhortacōis fructificacōꝫ· primū ibi· accipite diſciplinā· ſecundū ibi· et proderit vobis· Cū ergo ſecundum bernhardū · omnes hoīes natura equales genuerit quicquit boni vel mali hoībꝰ acceſſerit· ex diſcipline diligencia vel eius negligencia habet ortū· et ideo in genere moꝝ nullum bonū meliꝰ inuenitur· qua fit vt bona que fecerimus tā ſpiritualia q̄ȝ corpalia p diſciplinam adornata reddantur coram deo et hominibus gracioza· nam in agendis et paciendis plus meremur in adiuncta diſciplina moꝝ quā in exhibicōibus factoꝝ · non enim ſufficit vt quecūqʒ bona opa faciamus· ſed vt ea cū diſciplina et diligēcia exhibeamꝰ· qꝺ ī deut· facere monemur cū dicitur· Iuſte qꝺ iuſtum eſt exequaris· Iuſte enim qꝺ iuſtū eſt facimus cū iuſtū opꝰ deo cū diſciplina debita exhibemus · Hinc pſal. Deus glorificatur in conſilio ſanctoꝝ· Ac ſi dicat · plus glorificatur deus in cōſilio quo conſiliamur et conamur vt bona que facimus diſciplinate et decenter dn̄o exhibeātur·

q̄ʒ in ip̄is opibus ſine illo· q̄ʒ grata ſit aūt diſciplina a dn̄o patꝫ
ꝑ eius deſcripcōꝫ quaꝫ ponit bern·ita dicens· o quā compoſitū
reddit omnem corpis ſtatū· nec nō et mentis habitū diſciplin
a· ceruicem ſubmittit· ponit ſupciliū· cōponit vultū· ligat ocu
los· cachīnos cohibet· gulā frenat· Irā ſedat· format icessum
Eſt aūt quadruplex diſciplina· quatuor in locis vite noſtre ſi ꝑ
ficere cupimus adhibendo ſcʒ in cordis cogitacōe· oris locu
cione moꝝ et tocius vite moderacōe corpis caſtigacōe· que oīa
per tantam et diligentē diſciplinā ſunt ſubtiliſſime regulāda
Primā ergo diſciplinā apponamus cordi· eo q ab ip̄a vita pro
cedat· nam vt ait bern· Fruſtra ſiccatur riuus ſi fons ip̄e non fu
erit obturatus cui ſi debitam diſciplinam ſeruare cupim⁹ tres
ei cuſtodias deputemus vt videlicet ip̄m primū et ante omnia
in omni puritate et mūdicia conſeruemus· ſcd̄o vt deū et eius
bona continue cogitemus· tercio vt ip̄m virtutibus adornem⁹
Primo dico cor nr̄m in omni puritate conſeruem⁹ nihil peni
tus admittentes· qd̄ cor noſtrū iquinet· conſciaꝫ reprehendat
q ſi aliquid irrepſerit ſtatī vt deprehenſum fuerit expellatur
Solus enim deus inſpector eſt cordis iuxta illud· iii· reg· viii
tu ſolus noſti cor omniū filioꝝ hoīm et illud homo vidꝫ ī facie
deus aūt intuetur cor· nam vt ait bern· nihil facilius fedatur
cord̄· dū in autem mortalis peccati macula irrepſerit caueatur
ne aliquid de genere eiusmōi in nobis regnet· ne dominetur
ne ei aliquando conſenciatur dicētes ſemper ī cordib⁹ noſtris
illud pſ Si mei nō fuerint dominati tunc immaculatus ero· et
emūda de· maximo quod eſt mortale peccatum· de quo hortatur
aplus ro· vi· ne regnet peccatum in mortali veſtro corpore
Secundo diſciplinemus cor noſtrū· vt cogitet ſemper deū· naꝫ
ex hoc multū proficimus et īteriora noſtra omnia ſanctifican
tur· hinc deut· Caue ne aliquando obliuiſcaris domini dei tui
Quod revera digne facimus quia ip̄e nūquā obliuiſcitur noſtri·
Item thobie· omni tēpore ī mente habeto deū quia nihil dig=
nius nihil vtilius nihil dulcius poterit cogitari· tercia diſci=
plina cordi noſtro apponatur· vt ipſum virtutibus adornem⁹
vt videlicet ſtudeamus habere in corde noſtro ad deum arden
tem caritatem· ad nosip̄os humilitatem· ad pximos benignita
tem In hys diſciplinabimur ad omnem ſi tamen proficim⁹ ſan
ctitatem· de hac cordis diſciplina dicitur eccleſiaſt· vltimo· Su
ſcipiat anima noſtra diſciplinam hoc eſt bonam cordis et men
tis confirmacionem· ſecundo diſciplina adhibenda eſt locucōi
oris· ne quid loquamur· quod corā deo vel hominibus vł etiā
in propria conſciencia tamquam reprehenſibile contempnatur

Ven qꝛ ſermo noſter triplicit̃ variatur aut enim deo loquimur aut ꝓximo aut ꝓ nobiſipſis. jdeo diſciplina oris ad hibenda ſimiliter variatur. Pꝛima ergo locucio q̃ deo exhibemus diſci plinetur ad deuocōm. ut quicquit deo loquimur tam humiliter tam affectūaliter ei exhibeatur. ut coꝛam deo deuocio excitetur et per diſciplinā verba arceātur vt in noſtra locuciōe nihil fa tuū nihil diſtoꝛtū nihil ſaluti noſtre ꝯtrarium nihil contra vo luntatem ſuam poſtuletur nec ꝑ euagacōez et verboꝝ diſſolucōz non ſolum qd̕ petimus nō conſequamur ſed tamq̃ indigni et deo abhominabiles repellamur dicat qꝫ nobis deus illud apl̕i jac. iiii. petitis et nō accipitis eo qd̕ male petatis. ſic qꝫ noſtra locucio que deo d̕betur ꝑ diſciplinā coherceatur vt ſolū deum et qd̕ petimus cogitemus Hinc bernh. Docendus eſt et fide liter amonendus in oꝛōe ſua coꝛ ſuū ſurſum leuare et a coꝛpali bus et coꝛpū ymaginacōibus quanta poteſt puritate longius recedere. Secundo locucio noſtra que ꝓximis debetur per di ſciplinam caſtigetur vt ſolum edificacionem ꝓximi intendam⁹ tam diſciplinate. tam moderate. tā mature. verba noſtra pro ferentes. vt omnis qui audierit edificetur. de hac diſciplina lo quendi dicit bern. Boni cum locuntur duo in ſuis locucionib⁹ attendunt vt videlicet aut ſibi aut certe auditoribus ad vtili tatem loquātur vel admnus ſibi ſoli ꝓſint. ſi auditoꝛib⁹ non poſſunt. Vnde ſap. ſermo noſter non ſit inanis ſed aut ſuad̕at qd̕ bonū eſt. aut moneat aut conſoletur aut prouocet. aut in ſtruat audientem vel coꝛripiat delinquētem De hac diſciplina loquendi dicitur ꝓuer. v. Fili mi diſciplinā labia tua ꝯſeruent. et aplus eph. iiii. Sermo veſter ſemper ſit in grā ſale ꝯdit⁹. nā bonus ſermo iuſte ſali ꝯpatur. qꝛ ſicut ſal a putredine ſic bon⁹ ſermo a fetoꝛe male fame nos ꝯſeruat. Tercio loquimur qñqꝫ n̄ deo nec ꝓximo ſed ad ꝓpriam vtilitatem et qualemcūqꝫ neceſſi tatē loqui optūo tꝑe nos opoꝛtꝫ. qd̕ cū fieri opoꝛtꝫ hoc fiat. cū maxia diſciplia coꝛporis. moꝝ ꝯpoſicōe. mēbꝛoꝝ oꝛdiacōe. matura locucione. nō vocis exaltacōe vt de nobis dici poſſit illud ecc. xliiii. In ſermone ꝯpoſito ſunt omnia. nam ſicut prouer. xv. dr̕ Qui moderatur ſermones ſuos prudentiſſim⁹ eſt. cauentes il lud īꝑerū yſ. liiii. Cum deſieris digitū extendere et loqui qd̕ nō prodeſt oꝛietur ītenebris lux tua prouer. vi. Homo aꝑoſta ta eſt vir inutilis graditur oꝛe ꝑuerſo annuit oculis terit pede machinatur malū et omni tempoꝛe iurgia ſeminat. quia vt dr̕ Stultus in riſu exaltat vocem ſuam. Tercio in moribus noſtris et in omni conuerſacione noſtra diſciplinā conſeruemus vt nō ſolū ꝑoictis in locis ſed in oibus moꝛibus noſtris diſciplinate

nos aput deū et homines teneāꝰ· capitis inclinacione · oculoꝝ
depreſſione· viſus ſubmiſſione īceſſuū iuſta moderacione· et to
cius corporis dpōne· qđ ſvadet apoſtolus ro· xii· dicens pui:
dentes bona non ſolum coram deo ſed etiam corā hominibus
qđ exponens bernhardus dicit· Prouidentur bona corā homi
nibus tribꝰ modis· habitu· accōne· ſermone· habitu ne ſit nota:
bilis· accōne ne ſit reprehenſibilis· ſermone ne ſit contemtibi:
lis· de quo in priori mēbro dictum eſt· nā de habitu dicit augꝰ·
habitus tuus mores honeſtos exhibeat· diſciplinam redoleat·
maturitatem habeat· non vt hominibus placeamꝰ· ſed ne ſcan
dalū prebeamus et ne diuinum intuitū diſtortis moribus et la
ſciuis inceſſibus offendamus· nā vt frequenter exterior diſci:
plina bone dpoſicionis in mente indicium eſt cum tanta ma:
turitate conuerſantes vt dicatur de nobis· quod đ beato bern·
legimus Prima virtus· habitus corporis· qꝫ ita quaſi vno modo
ſemper ſe habeat vt nichil poſſit offendere intuentes · totum
in eo diſciplinatū· totū in ſigne virtutis· perfectōis forma· vn
bern· In omni conuerſacione tua ſollicitꝰ ſis obſeruare vias tuas·
et in conſpectu domini et in conſpectu proxi· caueas tibi a pec
cato et illi a ſcandalo et ſubiungit· Tuus omnibus grata et ne:
mini onoroſa conuerſacio eſt · huic ſine dubio de ꝓpria ſalute
vniuerſa fratrum cōgregacio atteſtatur· Quarto diſcipliēꝰ cor
pus· hoc eſt caſtigacōibus affligimꝰ· quia vt ait apłus hebre·
Si extra diſciplinam eritis non filÿ ſed adulterini eſtis · Hec
aūt diſciplina neceſſaria eſt poſt p̄dicta vt ſi quid de p̄dictis
diſciplinis obmiſſum fuerit vel aliquid irrepſerit· per diſciplinā
corporis caſtigetur· hec aūt diſciplina ſicut et cetere tripliciter
variatur· quia tripliciter exercetur· ſcilicet in reſiſtencia vicioꝝ
in agreſſione arduoꝝ et in ſufferencia aduerſoꝝ In hys tribus
oīs caſtigacio continetur· đ quibus đr ecc· xxxiii Cibaria et vir
ga et onus aſino· panis et diſciplina et opus ſeruo · qꝫ ſi corpꝰ
noſtrū magis laſciuire cupiens · hec aggredi noluerit tūde la
tera eius virga· ecc· itēm ibidem Seruo peſſimo latera ſangvina
re· vel poſſumꝰ dicere ſcđm gre· qꝫ a tribus tripliciter diſciplina:
mur· Alia nāqꝫ a deo· alia ab antiquo aduerſario· alia a primo
ſuſtinemus A proxio nāqꝫ perſecucōes· dampna contumelias
Ab antiquo aduerſario temptamēta A deo flagella toleramꝰ
qualiter autem hec tria ſufferantur ſtatim ſubiungit dicens qꝫ
in hys tribus modis vigilanti oculo ſemetip̄am mens debet cir
cūſpicere ne contra mala proxi pertrahatur ad retribucionem
mali· ne contra temptamenta dyaboli ſeducatur ad delectacōem
vel conſenſum delicti· ne contra flagella opificis ad exceſſum

priuat murmuracōis. Sequitur secundū principale scꝫ et pro
derit nobis In quo verbo nobis innuitur vtilitas discipline. nā
ex p̄dictis quatuor disciplinis vtilitates totidem nobis surgūt
quia ex disciplina cordis siue spirituali interiora mundantur.
ex disciplina verbali merita cumulātur. ex disciplina morali vir
tutibꝰ ditamur ex disciplina corpali a futuris penis securamur
et sic per ista quatuor exercicia anima nostra ad dei similitudi-
nem a qua longe p dissimilitudinē recesserat reformatur. vt p
ista quatuor tāq̄ quatuor passibus ad deū redeat. vnde venit
et hoc est qd̓ dicit bernh. Ab ipo et ad ipm conditus est ani-
mus rationalis vt ad ipm sit conuersio eius. ad ymaginem enī
et similitudinem eius conditus est. Vnde quāz diu hic viuitur
q̄ıı̄ apius potest accedat ad deū similitudine a quo sola discedi
tur dissimilitudine vt sit hic sanctus. sicut ille sanctus est et in
futuro beatus sicut ille beatus est. qd̓ adhuc figura q̄ꝫ scriptu
ra potit declarari. Figura nā sicut dicitur gen. viii. Emisit noe
colūbam de archa nō vt extra maneret. sed vt ad eum rediret
Sic deus creando infundens et infundendo creans mittit ani
mas racionales in hunc mundū. nō vt extra maneant sed vt ad
eū redeant. quod ad huc per alia quedam euidenciora declar
atur. omnia enim encia pticularia et ip̄fecta sicut est aqua ig
nis t̄ra ad sua principia. et ad sua pfecta naturali cursu ten-
dunt vt in eisdē pficiantur. hinc est q̄ꝫ omnis aqua pticularis
naturali suo cursu tendit ad mare. vt in eo tamquā ī suo pfecti-
bili perficiatur. ecc. omnia fluīa intrant mare Sic omnis ignis
naturaliter sursum tendit vt celo empireo tamquā suo pfecti-
bili ornatur. Sic omnia que de terra nascuntur. in terram reuer
tuntur Ecc. iii. omnia pergunt ad vnum locum. que d̓ terra fa
cta sunt et in terrā piter reuertuntur. Sic anima racionalis que
a deo est. ad deū iusto ordine reuertetur quod nō solū figura
vt visum est sed etiā scriptura ostenditur. dicitur enī eccs. xii.
reuertatur puluis in terram suam vnde erat et spiritus redeat
ad dn̄m qui dedit illū. Vnde d̓ hoīe xp̄o dꝛ ioh. Sciens ihesus
quia a deo exiuit et ad deum vadit. vnde bern. Spiritus rōna
lis quia ymago dei est. intelligit et scit se posse et debere ad
herere ei cuius ymago est. quod cū in homine perficitur tunc
oplesse dicitur cursum suum. de hac fine consumacionis iterū
dicit bernhardꝰ. hoc est destinatū solitarij certaminis brauiū
hic finis hic premiū hic requies laborum. et ipa hominis per
fectio. et vera eius sapia. omnes amplectēs et continens in se
virtutes. non aliunde collectas sed naturaliter insitas ad simi
litudinem dei qua est ip̄e quicquit est et hec est hominis iusti

in hac vita ꝑfectio· et ꝑfectio huius ꝑfectionis ibi erit vbi erit brauium ſupne vocacōis ꝑfecta apprehenſio· ad quam ꝛc·

De ſancto benedicto·

